Notarius debet fideliter recenſere, quæ coram ſe geſta fuerunt in actu teſtandi, non autem interpretari, *deciſ. 6. lib. 9. n. 20.*
Si teſtator audita lectura teſtamenti omnia approbavit excluditur ſuſpicio fraudis, *deciſ. 6. lib. 9. n. 23.*
Item eliminatur ſuſpicio, ſi teſtamentum fuit publicè, & aliis adſtantibus exaratum, *deciſ. 6. lib. 9. num. 24. & deciſ. 8. num. 6. lib. eodem.*
In materia teſtamentaria quælibet levis ſuſpicio ſufficit ad repellendos teſtes, *deciſ. 6. lib. 9. n. 25.*
Teſtamentum publicatum non vacillat ex contradictione unius, vel duorum teſtium, *deciſ. 6. lib. 9. n. 27. & deciſ. 8. num. 10. lib. eodem,*
Relevationes non attenduntur ad poſternendam fidem teſtamenti, *deciſ. 6. lib. 9. n. 28.*
Juvenis Notarii nequit rogare teſtamenta, etiam nomine titularis officii, *deciſ. 6. lib. 9. n. 29.*
Limita in Urbe, ubi contrarium de ſtylo practicatur, *deciſ. 6. lib. 9. num. 30. & ſeqq.*
Præordinatio voluntatis probatur ex duobus teſtibus, *deciſ. 7. lib. 9. n. 2. & deciſ. 10. n. 10.*
Item ex atteſtatione Notarii, & ex minuta præventivè extenſa, *deciſ. 9. lib. 9. n. 2. & 5. & deciſ. 10. n. 13. lib. eodem.*
Sanitas mentis non excluditur, ex quo quis fuerit correptus morbo apopletico, quia iſte quandoque lædit ſolùm organum linguæ non intellectum, *deciſ. 9. lib. 9. num. 10. & 11. & deciſ. 10. num. 16. lib. eodem.*
Ex laceratione, & combuſtione teſtamenti deducitur pœnitentia teſtatoris, *deciſ. 10. lib. 9. n. 8. & deciſ. 12. n. 8. lib. eodem.*
Sed quando laceratio fuit facta, vel cauſa modificandi legata, vel ad effectum denuò illud conſcribendi proprio charactere, tunc ex eo nulla deſumitur mutatio voluntatis circa hæredis inſtitutionem, *deciſ. 10. lib. 9. num. 9. & deciſ. 12. num. 10. lib. eodem.*
Voluntatis perſeverantia probatur levioribus probationibus, *deciſ. 10. n. 12. lib. 9.*
Teſtis, qui paſſus fuit ſe deſcribi in teſtamento, non admittitur ad probandum contrarium, *deciſ. 11. lib. 9. n. 11.*
Ad probandam voluntatem teſtatoris, ſigna probationis, & conjecturæ ſimul uniri debent, & licèt de per ſe ſint imperfectæ, tamen unitæ probant, *deciſ. 11. lib. 9. n. 14.*
Nomen hæredis in minuta in albo relictum non excludit præordinationem voluntatis, ſi circumſtantiæ denotent, quòd certam perſonam inſtituere volebat, *deciſ. 11. lib. 9. n. 16.*
Ex quo notarius non fuerit à teſtatore accerſitus, non indè excluditur præordinata voluntas, *dec. 11. lib. 11. lib. 9. n. 27.*
Fraus, & machinatio in teſtamento non præſumitur, ſed debet probari, *deciſ. 11. lib. 9. n. 34.*
Excluditur, ſi hæres teſtamenti factioni ſe non immiſcuerit, *deciſ. 11. lib. 9. n. 35.*
Item excluditur, ſi notarius repetitas fecerit interrogationes, teſteſque admonuerit, ut attenti manerent, *deciſ. 11. lib. 9. num. 36.*
Ejectio adſtantium è cubiculo teſtatoris facta per notarium non probat machinationem, *deciſ. 11. lib. 9. n. 37.*
Reponitur in judicis arbitrio diſcernere, an in teſtamento fraus interceſſerit, *deciſ. 11. lib. 9. n. 41.*
Vociferationes ſeriò emiſſæ probant præordinationem voluntatis, *deciſ. 12. lib. 9. n. 11.*
Statutum Urbis exigit, ut in teſtamentis in ea conditis ſervetur juris rigor, *deciſ. 12. lib. 9. n. 24.*
Puer 14. annorum, & puella duodecimum annum egreſſa poſſunt teſtamentum condere, *deciſ. 43. lib. 9. n. 37.*
Ad hoc ut teſtamentum ex ſuggeſtionibus exaratum collabatur, requiruntur dolus, & malæ artes, *deciſ. 14. lib. 9. numer. 24.*
Et iſtæ excluſæ remanent, ſi teſtator per aliquod tempus ſupervixerit, nec teſtamentum mutaverit, *deciſ. 14. lib. 9. n. 25.*
Quod teſtamentum factum ab illo, qui ſit vehementi amore correptus. *Vide* teſtamentum Dementis.
Teſtamentum conditum calore iracundiæ non valet, *deciſ. 13. lib. 9. n. 57.*
Limita, ſi poſt remiſſum iracundiæ calorem teſtator diù ſupervixerit, & illud non revocaverit, *deciſ. 14. lib. 9. n. 58.*
Teſtamentorum pluralitas non præſumitur, & eſt ab allegante probanda, *deciſ. 15. lib. 9. n. 19. & 20.*
Identitas autem teſtamenti ex quibus circumſtantiis arguatur, *deciſ. 15. lib. 9. n. 21.*
Teſtamentum impugnare non poteſt, qui illius vigore petiit legitimam, *dec. 26. lib. 9. n. 13.*
Teſtamentum unus pro alio condere non poteſt etiam teſtatore volente, *deciſ. 51. lib. 9. n. 14.*
Teſtamentum nullum non poteſt per pactum convalidari tamquam teſtamentum, ſed efficitur, ut valeat ſecundum quid per modum nudi pacti, *deciſ. 31. lib. 9. n. 15. & deciſ. 52. n. 12. lib. eodem.*
Una pars teſtamenti aliam declarat, *deciſ. 58. lib. 9. n. 38. & deciſ. 5. lib. 10. n. 17. & deciſ. 79. n. 16. lib. eodem.*
Ab una teſtamenti parte non licet inferre ad aliam, cui fuit particulari lege proviſum, 111. *n. 2. lib. 10. & deciſ. 112. n. 5. lib. eodem.*
Ex teſtamento revocato elicitur voluntas teſtatoris, *deciſ. 11. lib. 9. n. 15. & deciſ. 12. n. 10. lib. eodem,* & *Vide* Voluntas.
Limita, quando in altero teſtamento fuit voluntas ſubſtantialiter immutata, *deciſ. 6. lib. 10. n. 7.*
Publicum inſtrumentum teſtamenti, quod non ſit in ulla parte vitiatum, plenè probat ad favorem hæredis, *deciſ. 8. lib. 10. n. 10. & deciſ. 9. n. 14. & deciſ. 10. n. 7. lib. eodem.*
Et quotieſcumque exhibetur ſolemne publicum manu ejuſdem notarii confectum, non præſumitur, quòd in originali, ſeu matrice adſint vitia, & nullitates, quia de iſtis appareret etiam in publico, quod à notario extrahi debet, & ſolet, prout jacet, *deciſ. 8. lib. 10. n. 11. & deciſ. 9. n. 15. & 16. lib. eodem.*
Multòque magis pubblico fides habetur, ſi teſtamentum fuerit in pluribus curiis exhibitum, & exequutum, *deciſ. 8. lib. 10. n. 12. & 13. & deciſ. 9. n. 17. & ſeqq. & deciſ. 10. n. 8. lib. eodem.*
Binæ ſubſcriptiones in ſchedula teſtamenti, quarum una ſit amplior altera, non inducunt ſuſpicionem falſitatis, *deciſ. 8. lib. 10. n. 14. & deciſ. 9. n. 20. & 21. lib. eodem.*
Teſtamentum præſumitur teſtatori fuiſſe lectum, ſi illud ſubſcripſerit, *deciſ. 8. lib. 10. n. 15. & deciſ. 9. n. 22. & 23. lib. eodem.*
Ex quibus deſumatur preſentia teſtium conſignationi teſtamenti, licèt id illorum ſubſcriptionibus non aſſeratur, *deciſ. 8. lib. 10. n. 16. & 17. & deciſ. 9. n. 26. lib. eodem.*
Teſtes poſſunt ſe ſubſcribere etiam poſt rogitum notarii, *deciſ. 8. lib. 10. n. 18. & deciſ. 9. n. 25. & deciſ. 10. n. 10. & 11. lib. eodem.*
Contra publicum inſtrumentum teſtamenti non attenditur fides, & atteſtatio unius teſtis, *deciſ. 9. lib. 10. n. 27.*
Teſtium rogitus ſemper dicitur adeſſe, quoties conſtat de deliberata voluntate, *deciſ. 10. lib. 10. n. 9.*
Probatio contra Teſtamentum facienda per teſtes dicitur requirere altiorem indaginem, ideòque illius executionem non retardat, *deciſ. 10. lib. 10. n. 12.*
Conjecturæ ſuadentes validitatem teſtamenti, aliis contrariis prævalent, *deciſ. 33. lib. 10. n. 17.*
Qualitas hæredis inſervit pro demonſtratione excluſiva falſitatis teſtamenti, *deciſ. 33. lib. 10. n. 19.*
Item & legalitas notarii, *deciſ. 33. lib. 10. n. 20.*
Abolitiones, & cancellationes exiſtentes in teſtamento, retardant illius executionem, *deciſ. 86. lib. 10. n. 2.*
Limita, ſi cancellationes non reſpiciunt ſubſtantialia teſtamenti, nec impediunt illius lecturam, *deciſ. 86. lib. 10. n. 3. & 4.*
Et maximè ſi ſuſpicari poteſt, quòd cancellationes ſint recentes, & factæ pendente lite, ex quo in antecedentibus exemplaribus non iſpiciantur, nec memorentnr, & quia fuit eidem teſtamento aliàs data judicialis executio, *deciſ. 86. lib. 10. num. 5. & ſeqq.*
Approbatio teſtatoris operatur idem, ac ſi ipſe omnia de verbo ad verbum dictaſſet, *deciſ. 18. lib. 11. n. 9. & deciſ. 19. n. 18. lib. eodem.*
Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati, *deciſ. 33. lib. 10. n 16.*
Si teſtator dicat, quòd in ſua hæreditate ſuccedant illi qui ex forma ſtatuti ab inteſtato ſuccedere deberent, hæc declaratio importat diſpoſitivam voluntatem ad favorem eorum, qui à ſtatuto vocantur, & excluſionem eorum, qui à ſtatuto excluduntur, *deciſ. 18 lib. 11. n. 1. & 5. & deciſ. 19. n. 1. lib. eodem.*
Declarans ſe velle decedere ab inteſtato, an cenſeatur diſponere favore hæredum ab inteſtato, venientium, anceps eſt quæſtio, & Doctores eam pertractantes referuntur, *dec. 18. lib. 11. n. 2. & 3.*
Si tamen teſtator ulteriùs progrediatur, demandando, ut ſuccedant illi qui ab inteſtato ſuccedere deberent ad formam ſtatuti, tunc planum eſt, quòd iſti non veniunt, & admittuntur ex permiſſione legis, ſed ex diſpoſitione teſtatoris, *dec. 18. lib. 11. n. 4. & deciſ. 19. n. 4. & ſeqq. lib. eodem.*
Diſpoſitio teſtatoris, in qua ſe retulit ad ſtatutum excluſivum ſuæ, complectitur bona ubique exiſtentia, etiam extra territorium ſtatutarium, *deciſ. 18. lib. 11. n. 6. & deciſ. 19. n 2. & 3. lib. eodem.*

## TESTAMENTUM AD FORMAM CAPITULI CUM ESSES.

Teſtamentum factum coram Parocho, & duobus teſtibus, ſubſtinetur, *deciſ. 4. lib. 9. n. 3.*
Non ſolùm ſi ſit exaratum ad pias cauſas, ſed etiam in cauſas profanas, *deciſ. 5. lib. 9. n. 4.*
Loco Parochi poteſt intervenire confeſſarius, qui actualiter gerit curam animæ teſtatoris, *deciſ. 4. lib. 9. n. 4.*
Ut autem tale teſtamentũ poſſit executioni demandari, requiritur ut Parochus, & teſtes in formali examine deponant de toto tenore diſpoſitionis, *deciſ. 4. lib. 9. n. 6.*
Hæc concluſio procedit, ſi teſtamentum, ſeu teſtatoris diſpoſitio non ſit à teſtatore ſubſcripta, ſecus econtra, *deciſ. 4. lib. 9. n. 7.*
Poſtquam teſtator ſubſcripſit teſtamentum, & mandavit, ut legeretur à Parocho, non eſt opus, ut poſt lecturam aliam faciat verbalem approbationem, *deciſ. 4. lib. 9. n. 8.*



## TESTAMENTUM AD INTERROGATIONEM, ET PER NUTUS.

Valet teſtamentum in quo teſtator interrogatus à notario reſpondeat per verbum *sì*, *deciſ. 3. lib. 3. lib. 9. n. 7. & 6. num. 17. & dec. 7. n. 5. lib. eodem.*
Præordinatio voluntatis multùm prodeſt ad hoc, ut ſubſtineatur teſtamentum ad interrogationem, *deciſ. 6. lib. 9. n. 2.*
Præordinatio autem deſumitur, ſi teſtator in infirmitate dixerit velle facere hæredem illum quem poſteà inſtituit, *deciſ. 6. lib. 9. n. 4. & dec. 9. num. 4. & 10. n. 7. & deciſ. 11. num. 18. lib. eodem.*
Et ſufficit, ut quoquo modo ex conjecturis conſtiterit de aliquali voluntatis declaratione facta cum qualibet perſona, *deciſ. 6. lib. 9. num. 5.*
Maximè ſi de voluntate conſtet tam antea, quàm poſt, *deciſ. 6. lib. 9. num. 6.*
Præordinatio non eſt neceſſaria, quando teſtator eſt ſanæ mentis, & articulatæ locutionis, *deciſ. 6. lib. 9. n. 9.*
Sanitas mentis præſumitur, niſi contrarium probetur, *deciſ. 6. lib. 9. num. 14. & deciſ. 9. num. 7. & deciſ. 10. n. 14. & deciſ. 11. à n. 29. lib. eodem.*
Sanitas mentis deſumitur ex pendentibus, & aptis reſponſionibus, & ex articulata locutione, *deciſ. 6. lib. 9. n. 15. & deciſ 9. n. 9. & deciſ. 10. n. 15. lib. eodem.*
Notario defertur ſuper ſanitate mentis, *deciſ. 6. lib. 9. nu. 16. & deciſ. 8. n. 8. & deciſ. 9. n. 8. lib eodem.*
Item & phyſico, *deciſ. 8. lib. 9. n. 8.*
Teſtamentum ad interrogationem non valet, vel quando adeſt ſuſpicio machinationis, & fraudis, *deciſ. 6. lib. 9. n. 18.*
Vel quando teſtator non eſt ſanæ mentis, *deciſ. 6. lib. 9. n. 19.*
Vel quando articulatè non loquebatur, *deciſ. 6. lib. 9. n. 19.*
Notarius poteſt ſcribere, quòd teſtator hæredem ore proprio nominaverit, licèt inſtitutio ſequuta fuerit ad interrogationem per verbum *sì* vel per nutus, *deciſ. 3. lib. 9. n. 10. & dec. 6. n. 21. & deciſ. 10. n. 6. & deciſ. 11. n. 26. lib. eodem.*
Valet teſtamentum ad interrogationem notarii, ſi adſit præordinatio voluntatis, & ceſſet fraudis ſuſpicio, & conſtet de ſana mente, *deciſ. 7. lib. 9. n. 1. & 4. & deciſ. 8. n. 1. & 7. lib. eodem.*
Præordinatio voluntatis probatur duobus teſtibus, *deciſ. 7. lib. 9. n. 2. & deciſ. 8. n. 3. & deciſ. 10. n. 10. & deciſ. 11. n. 19. & 20. lib. eodem,* ubi etiamſi ſint ſingulares.
Stante tali præordinatione reſponſio teſtatoris per verbum *sì* vel per nutus æquipollet articolatæ nominationi hæredis, *deciſ. 8. lib. 9. n. 9. & deciſ. 11. n. 7. & 8 lib. eodem.*
Quando reſponſio teſtatoris per verbum *sì* poteſt cenſeri emiſſa ad evitanda moleſtas ſuggeſtiones, tunc teſtamentum ad interrogationem non valet, *deciſ. 8. lib. 9. n. 2.*
Teſtamentum factum ab ægroto vi morbi loquela impedito ad interrogationem notarii per nutus, & ſigna, non valet, *deciſ. 9. lib. 9. n. 1. & deciſ. 11. n. 2. & deciſ. 12. n. 1. lib. eodem.*
Limita, ſi conſtet de præordinatione voluntatis, & ſana mente, atque ceſſet fraudis ſuſpicio, *deciſ. 3. lib. 9. num. 8. deciſ. 6. n. 22. & deciſ. 9. num. 2. & deciſ. 10. n. 1. & deciſ. 11 num. 3. & deciſ. 12. n. 3. lib. eodem.*
Præordinata voluntas deſumitur ex atteſtatione notarii, *deciſ. 9. lib. 9. n. 3. & deciſ. 10 n. 4. lib. eodem.*
Item probatur ex minuta præventivè facta, *dec. 9. lib. 9. n. 5. & dec. 10. n. 13. lib. eodem.*
Sanitas mentis non excluditur ex morbo apopletico, quia iſte quandoque lædit ſolùm organum vocis, non autem intellectum, *deciſ. 9. lib. 9. num. 10. & 11. & deciſ. 10. num. 16. & deciſ. 11. n. 33. lib. eodem.*
Ad ſubſtinendum, & irritandum teſtamentum conditum per nutus, & ſigna, intrat arbitrium judicia, qui ex facti circumſtantiis illud regulare debet, *deciſ. 9. lib. 9. n. 13.*
Recenſentur adminicula, quæ valent judicem procliviorem reddere ad ſubſtinendum teſtamentum factum per nutus, & ſigna, *deciſ. 9. lib. 9. n. 14.*
Notarius poteſt per nutus, monoſyllabas, & alia voluntatem teſtatoris indagare, illamque in ſcriptis expendere, *deciſ. 9. lib. 9. num. 15. & deciſ. 11. num. 39. lib. eodem.*
Ut teſtamentum factum per ſigna, & nutus valeat, exigitur quòd nutus, & ſigna nihil propè diſtent à nomine, *deciſ. 10. lib. 9. n. 2. & deciſ. 12. n. 5. lib. eodem.*
Sufficit tamen annuitio capitis ad interrogationem notarii, *deciſ. 10. lib. 9. n. 3. & deciſ. 11. n. 12. & 13. & deciſ. 12. num. 4. & 6. lib. eodem.*
Teſtamentum per nutus, & ſigna valet, tam ſi agatur de teſtamento in ſcriptis, quàm de nuncupativo, *deciſ. 11. lib. 9. num. 5. & 6.*
Ad ſubſtinendum teſtamentum per nutus, & ſigna, requiritur præordinata voluntas per aliquot dies ante, *deciſ. 11. lib. 9. num. 21. & deciſ. 12. num. 12. lib. eodem.*
Sufficit remota, ſi ſit determinata, & conſtans, nec adſit cauſa mutationis, *deciſ. 12. lib. 9. num. 14.*
Non præſumitur, quòd teſtator voluerit ſigna facere ad effectum conficiendi teſtamentum in temporis anguſtia, ſi maturiori judicio præventivè non cogitaſſet, *deciſ. 11. lib. 9. nu. 25.*
Subſequens ratificatio teſtatoris per nutus ad interrogationem notarii inſervit ad corroborandam probationem præambulæ voluntatis, *deciſ. 11. lib. 9. num. 28.*
Machinatio, & fraus in hujuſmodi teſtamento non præſumitur, & ex quibus excludatur, vel quæ non ſufficiant ad eam arguendam, *deciſ. 11. lib. 9. à num. 34.*
Etiam ſi teſtator ſit loquela deſtitutus, poteſt machinationes evertere non reſpondendo nutibus, *deciſ. 11. lib. 9. nu. 40.*
Quando nutus modò fuerunt affirmativi, modò negativi juxta opportunitatem interrogationum, magis corroboratur firmitas voluntatis quoad affirmativos, *deciſ. 12. lib. 9. n. 7.*
Requiſita, quæ exoptantur ad effectum, ut valeat teſtamentum ad interrogationem, & per ſigna, poſſunt probari per probationes ſemiplenas, ideòque admittuntur teſtes ſingulares, & etiam unicus, *deciſ. 12. lib. 9. nu. 16. & ſeqq.*
Signorum proportionata diverſitas probat ſanitatem mentis, *deciſ. 12. lib. 9. n. 21.*
Tunc ex amiſſione loquelæ oritur præſumptio turbatæ mentis, quando nihil concurrit, quod ſanitatem demonſtret, *deciſ. 12. lib. 9. num. 23.*

## TESTAMENTUM DEMENTIS.

Teſtamentum factum ab eo, qui dementia laborat, non ſubſtinetur, *deciſ. 13. lib. 9. num. 2. & deciſ. 14. num. 4. lib. eodem.*
Etiamſi in eo ſit inſtituta cauſa pia, *deciſ. 3. lib. 9. n. 3.*
Exceptio ſuper amentia teſtatoris dicitur turbida, & altiorem requirens indaginem, ideòque remittenda ad petitorium, *dec. 13. lib. 9. n. 4.*
Quæſtio invaliditatis teſtamenti ob dementiam teſtatoris eſt involutæ, & ſubtilis inquiſitionis, *deciſ. 13. lib. 9. num. 5. & 6.*
Diſtinguendum, an amentia ſit plenè probata, & cum qualitate permanentiæ, an verò non ſit adhuc perfectè juſtificata, vel an etſi juſtificata, lucidis tamen ſit interrupta interval- *dec. 13. lib. 9. n. 7.*
Quando amentia fuit perfectè probata, præſumptio ſtat pro ejus continuatione, & tunc teſtamentum cenſetur invalidum, *deciſ. 13. lib. 9. n. 8.*
Et hoc caſu, qui illud tamquam validum ſubſtinere contendit debet probare perfectam judicii recuperationem de tempore diſpoſitionis, *deciſ. 13. lib. 9. n. 9.*
Si autem dementia non ſit perfectè probata, vel lucidis rumpatur intervallis, tunc iſtorum tempore poteſt teſtamentum validè confici, *deciſ. 13. lib. 9. n. 10.*
Cui autem hoc caſu incumbat onus probandi, controverſia eſt, volunt enim aliqui, ut allegans ejus validitatem teneatur probare, quod fuerit geſtum tempore quietis, *deciſ. 13. lib. 9. n. 10.*
Sed verior eſt opinio firmans, quòd ille, qui teſtamentum impugnat, teneatur probare furorem, & inſaniam de tempore conditi teſtamenti, *deciſ. 13. lib. 9. n. 12. & 13.*
Id quod maximè procedit, quando adeſt aliqua licèt imperfecta probatio ſanitatis in diſponente, *deciſ. 13. lib. 9. num. 14. & 15.*
Præſumptio juris eſt, quòd quis ſit ſanæ mentis, ideòque probationes furoris, utpotè contra juris præſumptionem, facilè retunduntur, ſi concurrant probationes, & argumenta in contrarium, *deciſ. 13. lib. 9. n. 16.*
Amentia cum lucidis intervallis probatur à teſtibus de eis deponentibus, *deciſ. 31. lib. 9. n. 17.*
Licèt ſufficeret, quòd illa teſtes non excluderent, *deciſ. 13. lib. 9. n. 18.*
Item probatur ex matrimonio, vel profeſſione expletis paulò ante conditum teſtamentum; nam illa permittuntur ſtupido, vel habenti lucida intervalla, non autem correptis perpetuo furore, *dec. 13. lib. 9. n. 19. & 20.*
Sana mens item probatur ex aſſertione notarii emiſſa in confectione teſtamenti, *deciſ. 13. lib. 9. n. 21. & deciſ. 14. num. 18. lib. eodem.*

Et

Et talis aſſertio transfert onus concludentiſſimè probandi in in eum qui contrarium aſſerit, decis. 13. lib. 9. n 22.

Maximè ſi diſpoſitio ſit benè ordinata, decis. 13. lib. 9. n. 23. & 24. & decis. 14. n. 19. lib. eodem

Et ſi ab hærede inſtitutio abſit ſuſpicio fraudis, & machinationis, decis. 13. lib. 9. n. 25.

An teſtamentum benè ordinatum ſit validum, etiamſi fuerit confectum in furore, diſtingue, ſi ſit factum ab eo, qui habet lucida intervalla, procedit opinio affirmativa, ſi verò ab eo, qui aſſidua inſania laborat, negativa, decis. 13. lib. 9. num. 26. & ſeqq.

Amentiam non ſapit præceptum à teſtatore hæredi injunctum tuendi ſuam diſpoſitionem adverſus eos, qui illum uti fatuum adminiſtratione privare voluerant, decis. 13. l. 9. num. 29.

Teſtamentum ad hoc ut dicatur rectè, & prudenter confectum, inſpicitur illius ſubſtantia, non autem inſcitia juris, & alia ſigna levitatis in teſtatore, & teſtamento, decis. 13. l. 9. num. 30.

Obſervantia teſtatoris, qui teſtamentum non revocavit, probat in illo firmitatem judicii, dec. 13. l. 9. n. 31.

Idem probat obſervantia, hæredum ab inteſtato, qui à teſtamenti impugnatione deſtiterunt, dec. 13. l. 9. num. 32. & 33.

Teſtamenti factio permittitur etiam viro, qui prudentia, & judicio non polleat, dummodò poſitivum abſit impedimentum inſaniæ, decis. 13. l. 9. n. 35. & 39.

Et ſufficit ea ſanitas mentis, quam habet puer 14. annorum, & puella duodecimum annum egreſſa, decis. 13. l 9. n. 36.

Stupidus, & hebetis ingenii vir non prohibetur teſtamentum condere, decis. 13. l. 9. n. 38.

Amentiæ perpetuæ probatio non reſultat, ex quo alicui fuerit deputatus curator, decis. 13. l. 9. n. 40. & ſeqq.

Furioſus tempore induciarum, ut ſanus in pleriſque habetur, decis. 13. l. 9. n. 42.

Amentiæ perpetuæ conjectura non eſt diſpoſitio paterna, in qua inſtitutis nepotibus filio de dementia ſuſpecto ſolam legitimam relinquit, decis. 13. l. 9. n. 44.

Amentia excluditur, ſi pater filium de curatore non providit, decis. 13. l. 9. num. 45.

Non probatur, ex quo quis plura matrimonia re infecta tractavit, decis. 13. l. 9. n. 46.

Nec ex detruſione in hoſpitale ſtultorum, & maximè in Urbe, in qua ad dictum hoſpitale quandoque dicuntur cauſa curæ, multoque magis ſi poſtmodum fuerit ab hoſpitali dimiſſus decis. 13. lib. 9. n. 47. & ſeqq.

Quando amentia vult probari ex publica voce, & fama, judex debet eſſe valdè circumſpectus, quia vulgus nimis liberaliter amentis nomen imponit, decis. 13. lib. 9. n. 50. & 51. & decis. 14. n. 15. & 16. lib. eodem.

Iudicium medicorum in probanda amentia debet attingere tempus conditi teſtamenti, decis. 13. lib. 9. n. 52.

Amentiæ probatio per teſtes difficilis, & periculoſa, decis. 13. lib. 9. n. 53. & 54.

Non probatur per teſtium depoſitiones informes, decis. 13. lib. 9. n. 55.

Nec ex ſermone inordinato, aut inceſſu cum inveſtimentis laceris, decis. 13. lib. 9. n. 56.

Legatum factum ad favorem perſonæ benemeritæ arguit ſanitatem mentis. decis. 14. lib. 9. n. 21.

Sanitas mentis ſufficit, ut adſit de tempore conditi teſtamenti, & inſania debet probari per teſtes tempus teſtamenti percutientes, decis. 14. lib. 9. n. 22.

Teſtamentuum factum ab eo, qui vehementi amore eſt captus non ſubſtinetur, decis. 14. lib. 9. n. 5.

Exigitur tamen ad hunc effectum amor inſenſatus, & ferinus, qui tendat ad inſaniam, decis. 14. lib. 9. n. 11. & ſeqq.

Ideòque non ſufficit amor promanans à beneficiis receptis, & tendens ad finem matrimonii, decis. 14. lib. 9. n. 15.

Ex quibus autem amor hujus ſpeciei excludatur, Vide decis. 14. lib. 9. à n. 15.

Et in ſpecie, quòd excludatur à ſacramentorum ſuſceptione, & ab aſſiſtentia, & converſatione cum patribus ſpiritualibus, decis. 14. lib. 9. n. 23.


TESTAMENTUM NUNCUPATIVUM.


Teſtamentum nuncupativum nuncupatione implicita, ſeu per relationem ad ſchedulam notario traditam, eſt validum, & ſubſtinetur, decis. 1. lib. 9. n. 1.

Quando ſchedula teſtamenti eſt incluſa folio undique conſulto, & ſigillo teſtatoris obſignato, non eſt poſſibilis ejus extractio, & alterius ſuppoſitio, decis. 1. lib. 9. n. 2.

Præſertim ſi ſcripta non eſt de manu notarii, ſed Sacerdotis teſtatori admodum fidi, decis. 1. lib. 9. n. 3. & 5.

De identitate ſchedulæ teſtamenti non poteſt dubitari, ſi appareat à teſtatore ſubſcripta, decis. 1. lib. 9. n. 7.

Ubi identitas ſchedulæ teſtamenti non eſt comprobata, ſufficit recognitio manus teſtatoris per teſtes habentes notam manum, nec eſt exponenda fallaci experimento comparationis literarum, decis. 1. lib. 9. n. 8.

Procedit concluſio, etiamſi aliqui teſtes negent eſſe manum teſtatoris, decis. 1. lib. 9. n. 9.

Si conſtet, teſtatorem præordinaſſe teſtamenti factionem, ſchedula teſtamenti attenditur poſtpoſitis conjecturis, quæ adverſus illam proponuntur, decis. 1. lib. 9. n. 10.

Falſitas ſchedulæ excluditur, ſi legata appareant ordinata favore animæ, & familiarum domus. decis. 1. l. 9. n. 13.

In teſtamento nuncupativo nuncupatione explicita exigitur, quòd notarius fidem faciet de nominatione hæredis ore proprio à teſtatore facta, decis. 3. l. 9. n. 5.

Hæc nominatio à teſtatore ore proprio facienda non eſt de forma abſoluta, & præciſa, ſed tantùm demonſtrativa, ideòque ſuppleri poteſt per æquipollens, decis. 3. lib. 9. n. 6. & 9. & dec. 7. n. 7. & decis. 11. n. 7. & 8. lib. eodem.

Ideòque valet teſtamentum, in quo teſtator ad interrogationem notarii hæredem certificet per verbum sì, dec. 3. l. 9. n. 7.

Notarius poteſt in teſtamento ſcribere, teſtatorem hæredem nominaſſe, licèt nominatio ſequuta fuerit ad interrogationem per verbum sì, vel per ſigna, quamquam formaliter idem notarius non ſpecificè, quæ verba, nutus, & ſigna teſtator dixerit, vel fecerit, decis. 3. l. 9. n. 10. & decis. 6. n. 21. & 22. & decis. 10. n. 6. & decis. 26. lib. eodem.

Si teſtator reſpondeat per verbum sì, dicitur virtualiter hæredem nominaſſe, quia interrogatio eſt virtualiter in reſponſione, decis. 3. l. 9. n. 16.

Hæres dicitur à teſtatore nominatus, ſi in genere explicet, vel alio modo agnoſcat, teſtamentum eſſe ſuum, decis. 3. l. 9. num. 18.

Teſtamentum nuncupativum in publicum redactum, non vacillat ex contradictione unius, vel duorum teſtium, decis. 6. lib. 9. num. 27.


TESTAMENTUM CONDITUM DE TEMPORE PESTIS.


Teſtamentum conditum tempore peſtis valet etiam ſine ſolemnitatibus, ſi conſtet de voluntate, decis. 5. l. 9. n. 3.

Et dicitur de voluntate conſtare ex depoſitione duorum teſtium, & maximè confeſſarii deputati infirmis, decis. 5. l. 9. n. 4.

In teſtamento condito tempore peſtis neceſſe non eſt, quòd teſtes teſtatorem videant, decis. 15. l. 9. n. 8.


TESTAMENTUM AD PIAS CAUSAS.


Teſtamentum conditum ad pias cauſas non ſubjaceat ſtatutariis, ſolemnitatibus, decis. 2. l. 9. n. 9. & 10.

Id non procedit, quoties pia cauſa ſit vocata in tempus remotiſſimum, dec. 2. l. 9. n. 11.

Quoties tamen jam venit caſus ejus vocationis tunc non attenditur, an ſit vocata in tempus remotum, dec. 2. l. 9. n. 12. & 13.

Teſtamentum ad pias cauſas valet etiam ſine ſolemnitatibus, dummodò conſtet de voluntate, decis. 5. l. 9. n. 3.

Et dicitur de voluntate conſtare, ſi de ea deponant duo teſtes, decis. 4. l. 9. n. 4.

Et ſufficiunt teſtes idonei idoneitate ordinaria, nec requiruntur omni exceptione majores ideòque admittitur etiam mulier, decis. 5. l. 9. n. 5.


TESTAMENTUM QUOAD PRÆORDINATIONEM.


Teſtamentum, in quo mater fuit præterita, eſt nullum, decis. 17. l. 9. n. 2.

Clauſula codicillaris operatur reintegrationem teſtamenti nulli ob præteritionem, & efficit, ut per miniſterium hæredum legitimorum capiant hæredes ſcripti, decis. 17. lib. 9. num. 4.

Et ad hunc effectum ſufficit clauſula omni meliori modo, quæ eſt ejuſdem efficaciæ, ac clauſula codicillaris, decis. 17. l. 9. num. 5.

Si dictæ duæ clauſulæ ſint ſimul unitæ, indubiè operantur gravamen ſuccedentium ab inteſtato, atque id, ſive ſint appoſitæ in parte, vel executiva, vel diſpoſitiva, & etiam ſi agatur de extraneo ad excluſionem venientis ab inteſtato, decis. 17. lib. 9. n. 6.

Quòd clauſula codicillaris nihil operetur in teſtamento perſonæ idiotæ, & legum ignaræ niſi concurrat certioratio ſuper illius efficacia, decis. 17. lib. 9. n. 7.

Contraria autem opinio eſt verior, decis. 17. lib. 9. n. 8.

Præſertim ſi teſtamentum vulgari ſermone, & ab alio quàm à notario, ſit ſcriptum, dec. 17. lib. 9. n 9.

Quando præteritio eſt facta ignoranter de perſona aſcendenti, vel deſcendenti ad favorem extranei, tunc clauſula codicillaris non operatur, decis. 17. lib. 9. n. 10.

Intellige quando ignorantia verſatur circa perſonam, quæ forſan mortua, vel non nata reputaretur; ſecus ſi agatur de perſona teſtatori nota, decis. 17. lib. 9. n. 11.

Notitia verò ad prædictum effectum probatur ex loci anguſtia, ſanguinis conjunctione, & communi fama, decis. 17. lib. 9. n. 12.

Clauſula codicillaris in prædicto caſu non impedit immiſſionem venienti ab inteſtato, decis. 17. lib. 9. n. 13.

Non tamen permittitur dicto hæredi occupatio totius hæreditatis, ſed tantùm illius ratæ, quam de jure retinere debet, decis. 17. lib. 9. n. 14.

Maximè antecedenti clauſula omni meliori modo, quæ tribuit hæredi ſcripto facultatem ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, decis. 17. lib. 9. n. 16.

Mater binuba præterita in teſtamento filii habet jus petendi legitimam, decis. 38. lib. 9. n. 1.

Quando in teſtamento filii mater binuba fuerit præterita, & inſtituta perſona extranea, tunc mater habet jus contratabulandi teſtamentum ad effectum præciſè obtinendi trebellianicam, decis. 38. lib. 9. n. 27. & ſeqq.

Hæredi ab inteſtato venienti, & reſtituenti hæreditatem in vim clauſulæ codicillaris, debetur trebellianica, decis. 38. lib. 9. n. 32. & decis. 52. n. 4. lib. eodem.

Nec talis detractio impeditur ex clauſula omni meliori modo appoſita tantùm in inſtitutione, & non in reſtitutione, decis. 38. lib. 9. n. 30. & 31.

Teſtamentum, in quo aſcendens eſt præteritus, eſt ipſo jure nullum abſque facto, & contratabulatione hominis, decis. 58. lib. 9. n. 5.

Multò magis ſi concurrat aſcendentis impugnatio, decis. 51. lib. 9. n. 2.

Hæres ſcriptus cui contratabulato teſtamento ob præteritionem ſit reſtitutio in vim clauſulæ codicillaris, non dicitur hæres directus, ſed obliquus, decis. 51. lib. 9. n. 3.

Ideòque ei non debetur trebellianica, quæ detrahitur ſolùm rogato reſtituere per dictam clauſulam, decis. 51. lib. 9. n. 4. & decis. 52. n. 1. & decis. 53. n. 1. lib. eodem.

Pater præteritus non habet quærelam inofficioſi adverſus teſtamentum filii emancipati, niſi ſit inſtituta turpis perſona, decis. 51. lib. 9. n. 6.

Contrarium, quia ex jure noviſſimo authenticorum eſt reſtituta parentibus facultas contratabulandi teſtamenta filiorum emancipatorum, decis. 51. lib. 9. n. 27.

Licèt pater præteritus teſtamentum rumpat, quòd adhuc hæres ſcriptus, cui vigore clauſulæ codicillaris ſit reſtitutio poſſit detrahere trebellianicam, ſi pater illam non detraxit, decis. 51. lib. 9. n. 8.

Quòd concluſio procedat, quando pater trebellianicam non detraxit in gratiam hæredis ſcripti, ut erga illum exerceret liberalitatem, ſecus autem ſi de hac liberalitate, & gratia non conſtet maximè, quando hæres ſcriptus eſt perſona extranea, decis. 51. lib. 9 & decis. 53. n. 19. & 20. lib. eodem.

Aſcendens præteritus, quando vigore clauſulæ codicillaris reſtituit, habet electionem, vel detrahendi legitimam, vel trebellianicam, & legitimam detrahendo, dicitur etiam trebellianicam detraxiſſe, decis. 52. lib 9. n. 7. & 8.

Teſtamentum dicitur contratabulatum, & impugnatum, ſi agnita, & petita fuerit ſucceſſio tamquam ab inteſtato delata, decis. 51. lib. 9. n. 9. & ſeqq.

Legitima patri præterito non debetur, niſi per querelam in officioſi; undè ſi legitima fuit petita, & obtenta, ſignum evidens, quòd teſtamentum fuit contratabulatum, decis. 51. lib. 6. n. 12.

Poteſt præteritus teſtamentum approbare, & ſibi non præjudicare quoad legitimam, aſſentiendo ſcilicet reſtitutioni vigore clauſulæ codicillaris, decis. 51. lib. 9. n. 16. & decis. 52. n. 13. lib. eodem.

Non poteſt dici, quòd quis teſtamentum approbando inteſtatæ ſucceſſioni renunciet, quando legitimam retinet, quæ eſt ipſius inteſtatæ ſucceſſionis portio, decis. 51. lib. 9. n. 17.

Clauſula codicillaris transfundit teſtamentum in codicillos, decis. 51. lib. 9. n. 19.

Clauſula codicillaris inſtitutionem obliquat, & reſolvit in fideicommiſſum, ſed retentis eiſdem terminis, & cum repetitione omnium qualitatum, & conditionum, decis. 53. lib. 9. num. 7.

Dicta clauſula ſupplet defectum ſolemnitatum, non voluntatis, ideòque præter intentionem teſtatoris non operatur, decis. 53. lib. 9. num. 10.

Per contratabulationem teſtamenti reducitur cauſa teſtati ad cauſam inteſtati, decis. 68. lib. 9. num. 1.

Clauſula codicillaris non ſubſtinet teſtamentum uti teſtamentum, ſed tamquam voluntatem ab inteſtato, & hæres ſcriptus non reputatur tamquam hæres, ſed tamquam fideicommiſſarius, decis. 68. lib. 9. num. 6. & decis. 70. num. 21. & ſeqq. lib eodem.

Quòd imò potiùs capiens ex clauſula codicillari dicatur capere ex diſpoſitione hominis, & non legis, ideòque cauſa teſtati, reddatur ad cauſam inteſtati ſecundum dici, non ſecundum eſſe, quia teſtamentum obliquatum remanet, non annullatum, decis. 68. lib. 9. num. 19. & 32. & decis. 70. num. 13. lib. eodem.


TESTAMENTUM QUOAD REVOCATIONEM.


Cuilibet permiſſum eſt ad ſui libitum teſtamentum mutare, & revocare, ideòque ultimum attenditur, & exequtioni demandatur, decis. 16. lib. 9. num. 2.

Solent quandoque teſtatores ad evitandas futuras moleſtias, & violentias, & ad ſimul conſervandum libertatem mutandi, & revocandi primum teſtamentum, apponere in eo clauſulam quam vocant derogatoriam, quòd ſcilicet poſteriora teſtamenta non valeant, niſi certis ſignis, & qualitatibus ſint munita, decis. 16. lib. 9. num. 3. & 4.

Hæc autem clauſula operatur, ut ſecundum teſtamentum non ſubſtineatur, nec ſit executioni demandandum, niſi præordinatis cautelis munitum appareat, decis. 16. lib. 9. num. 5.

Prædicta autem derogatoria non operatur, quando in ſecundo teſtamento non ſolùm adeſt generalis revocatio præcedentium diſpoſitionum, ſed etiam adeſt ſpecialis derogatoria derogatorarium, decis. 16. lib. 9. num. 6.

Intellige concluſionem, niſi ſpecialis derogatio derogatoriarum dignoſcatur appoſita vel ex ſtylo notarii, vel ex malitia illius, qui ſecundam diſpoſitionem procuravit, vel ex aliis cauſis extraneis à voluntate teſtatoris; nam his caſibus ipſa derogatoria non ſufficit, ſed requiritur expreſſio qualitatum in prima derogatoria appoſitarum, decis. 16. nu. 7. & ſeqq. lib. 9.

Mentio ſpecifica clauſulæ derogatoriæ ſicuti neceſſaria non eſt ubi aliundè conſtat de mutatione voluntatis, ita illa non ſufficit, ubi conjecturæ voluntatis mutationem excludunt, decis. 16. lib. 9. & 10.

Continuatio autem prioris voluntatis deſumitur ex continuatione affectionis erga hæredem ſcriptum in primo teſtamento, decis. 16. lib. 9. num. 11. & decis. 76. lib. 10. num. 4. & decis. 77. num. 10. lib. eodem.

Si parvum tempus interceſſit inter primum teſtamentum, & ſecundum, non poteſt præſumi oblivio clauſulæ derogatoriæ in primo appoſitæ, quia ad hunc effectum requiritur decennium, decis. 16. lib. 9. num. 11.

Ideòque ex temporis brevitate arguitur, quòd teſtator primam diſpoſitionem revocare noluit, nam aliàs individuam mentionem feciſſet prioris derogatoriæ, decis. 16. lib. 9. num. 13.

Quando in ſecundo teſtamento intervenerunt inportunæ ſuaſiones, & incuſſio metus, tunc ſola generalis derogatio derogatoriarum non ſufficit, decis. 16. lib. 9. num. 14.

Tunc individua derogatio requiritur, quando conſtat derogatoriam in primo teſtamento præciſè appoſitam fuiſſe ob timorem, & ad exemplationem illius, qui fuit in ſecundo teſtamento inſtitutus, decis. 16. lib. 9. num. 17.

Quòd primum teſtamentum non fuerit per ſecundum verè revocatum, apprimè ſuadet factum ipſius hæredis in ſecundo inſtituti, ſi primum teſtamentum recognovit, & acceptavit, decis. 16. lib. 9. num. 18.


TESTATOR.


Non præſumitur teſtatorem voluiſſe, ut titulus hæreditarius redundaret potiùs in detrimentum hæredis, decis. 25. num. 12. lib. 6.

Teſtator ad hoc ut poſſit de re hæredis diſponere, egitur, ut tantumdem relinquat, decis. 22. lib. 7. num. 10.

Quando teſtator profeſſus fuit ſe de bonis ſuis diſponere, cenſetur noluiſſe diſponere de re hæredis, decis. 22. lib. 7. num. 11.

Teſtatoris aſſertio ad ſubſtinendum teſtamentum non ſolet attendi, decis. 14. lib. 9. num. 20.

Teſtator poteſt diſponere de re hæredis, decis. 19. lib. 9. n. 5. & dec. 35. n. 4. lib. eodem, deciſ. 64. lib. 10. n. 12.
Si diſpoſitio loquatur de bonis *di eſſo Signor teſtatore*, reſtringitur ad propria, nec complectitur illa hæredis, deciſ. 19. lib. 9. n. 6.
Si teſtator diſponat de re aliena ſub erronea credulitate, quòd eſſent propria, diſpoſitio non valet, etiam ſi ſit ad favorem conjunctæ perſonæ, dec. 19. lib. 9. n. 7.
Teſtatoris affectio magis præſumitur erga proprios deſcendentes, quàm erga collaterales, deciſ. 42. lib. 9. n. 5.
Et magis erga collaterales, quàm erga extraneos, deciſ. 42. lib. 9. n. 9.
Teſtator poteſt in ſuis bonis ordinem ſuccedendi ſibi benè viſum præſcribere, deciſ. 5. lib. 10. n. 1.
Non implicat, quòd teſtator eiſdem bonis juxta diverſitatem perſonarum, & rationis, diverſas dederit regulas ſuccedendi, deciſ. 7. lib. 10. n. 12.

## TESTATOR QUOAD DISPOSITIONEM RERUM HÆREDIS.

Teſtator poteſt gravare hæredem in re propria, quoties emolumentum junctis acceſſionibus, & fructibus medii temporis æquivalet gravamini deciſ. 42. lib. 9. n. 4. & deciſ. 87. lib. 10. n. 3. & deciſ. 88. n. 2. & deciſ. 89. n. 16. & dec. 90. n. 1. & deciſ. 91. n. 17. & deciſ. 92. n. 1. lib. eodem.
Voluntas autem gravandi nequit in dubium revocari, quoties teſtator expreſſit bona hæredis cum ſuis confinibus, & qualitatibus, dec. 64. lib. 10. n. 13. & deciſ. 87. n. 5. & deciſ. 88. n. 1. & deciſ. 99. n. 1. & deciſ. 90. n. 4. lib. eodem.
Et ſi hęres talem diſpoſitionem acceptaverit, nec ipſe, nec ejus ſucceſſores illam impugnare valent, deciſ. 64. lib. 10. n. 14. & deciſ. 88. n. 7. lib. eodem.
Licèt teſtator poſſideret bona reſtitutioni obnoxia vigore antiquioris fideicommiſſi, & diſponendo de iſtis ea appellaverit ſua bona, id non excludit, quin illa ſub diſpoſitione veniant, nam ſuum dicitur etiam id, in quo quis eſt gravatus ad reſtitutionem, deciſ. 87. lib. 10. n. 6.
Quod maximè procedit, ſi in teſtatore concurrebat ſcientia antiquioris fideicommiſſi, & ex quibus hæc ſcientia deſumatur, deciſ. 87. lib. 10. n. 7. & 8.
Diſpoſitio facta à teſtatore de re hæredis ſubſtinetur, ſive teſtator ſciverit, ſive ignoraverit non eſſe ſua, & etiam ſi propria crediderit, deciſ. 27. lib. 10. n. 9. & 10.
Acceptatio hæredis quoad diſpoſitionem ſic ut ſupra factam deſumitur, ſi ille bona teſtatoris poſſedit, & ſi vigore fideicommiſſi ab eo ordinati egit, deciſ. 87. lib. 10. n. 11. & deciſ. 88. n. 3. & 7. & deciſ. 89. n. 2. & ſeqq. & deciſ. 91. n. 6. lib. eodem.
Et id procedit, ſive hæres ſciverit, ſive ignoraverit bona eſſe propria, quando gravamen non excedit emolumentum, quia tunc nullum præjudicium ei irrogatur, deciſ. 87. lib. 10. n. 12. & ſeqq. & deciſ. 88. n. 7. lib. eodem.
Neque in hujuſmodi acceptatione, & onere poteſt conſiderari læſio, ſi agatur de fideicommiſſo ordinato ad conſervationem familiæ, & reciprocum, quod ſe habere poterat etiam ad lucrum, licèt caſualiter damnoſum evenerit, deciſ. 87. lib. 10. n. 16. & ſeqq.
Ad hoc ut teſtator dicatur voluiſſe diſponere de re hæredis, ſufficit, ut quoquo modo conſtet de voluntate, licèt ſpecifica bonorum expreſſio facta non fuerit, deciſ. 9. lib. 10. n. 4.
Teſtator non dicitur diſpoſuiſſe de bonis hæredis, ſi expreſſit voluiſſe diſponere de bonis ſuis, nec inſinuavit bona ſpectare ad hæredem, & quòd intendebat, ut ſuper illis diſpoſitio locum haberet, deciſ. 90. lib. 10. n. 1. verſ. *bis firmatis*, & n. 14. & deciſ. 91. n. 1. & 3. & deciſ. 92. n. 7. & ſeqq. lib. eodem.
Quando hæres neſcivit bona eſſe propria, & ſibi debita vigore antiquorum fideicommiſſorum, quòd tunc nulla poſſit deſumi acceptatio oneris ſuper eis impoſiti, ſi excedat emolumentum, deciſ. 90. lib. 10. num. 15. & deciſ. 91. num. 2. lib. eodem.
Etiamſi gravamen excedat emolumentum, quòd non poſſit hæres illud reiicere, quando adivit abſque beneficio legis, & inventarii, deciſ. 90. lib. 10. à num. 20. & deciſ. 91. num. 7. lib. eodem.
Quod maximè procedit, ſi ſpecificè teſtator de bonis hæredis diſpoſuit, quidquid ſecus dicendum foret, quando nominatim de illis non diſpoſuiſſet, deciſ. 90. lib. 10. n. 3. & ſeqq. & deciſ. 91. n. 7. & 21. lib. eodem.
Quòd nullo modo hæres gravari poſſit ultra emolumentum, & acceſſiones, deciſ. 90. lib. 10. n. 5. & 11. deciſ. 91. n. 5. & deciſ. 92. n. 1. & ſeqq.
Idque procedit tam de jure veteri digeſtorum, quàm de jure noviſſimo codicis, & authenticorum, per quod fuit iſtud vetus correctum ſolùm reſpectu legatariorum, & fideicommiſſariorum particularium, non verò reſpectu fideicommiſſarii univerſalis, deciſ. 90. lib. 10. n. 6. & 7. & deciſ. 91. n. 18. & 20. & deciſ. 92. n. 2. lib. eodem.
Et etiamſi ſpecificè de bonis hæredis teſtator diſpoſuerit, dec. 90. lib. 10. n. 8. & ſeqq. ubi requiruntur contrarium ſentientes, & deciſ. 91. num. 22. & ſeqq. & deciſ. 92. num. 4. & ſeqq. lib. eodem.
Et licèt hæres gravatus non confecerit inventarium, poteſt exceſſivum onus ſuper propriis bonis rejicere, deciſ. 90. lib. 10. n. 12. & deciſ. 91. n. 6. & 19. lib. eodem.
Rationes differentiæ, cur in legatis, & fideicommiſſis particularibus poſſit hęres ſimplex remanere obligatus, & gravatus etiam in re propria, non autem in fideicommiſſis univerſalibus, deciſ. 90. à num. 13. lib. 10. & deciſ. 91. à n. 31. & dec. 93. à n. 6. lib. eodem.
Teſtator nunquam cenſetur obligaſſe hæredem in bonis propriis, niſi vel ſpecialiter expreſſerit, vel aliundè conſtet de voluntate, deciſ. 17. lib. 11. n. 11.
Nec ad hunc effectum ſufficiunt verba *onero hæredem meum*, nam intelliguntur de onere quoad bona hæreditaria, deciſ. 17. lib. 11. n. 12.

## TESTES.

Teſtes lite pendente examinati abſque partis citatione nihil probant, deciſ. 11. lib. 3. n. 19.
Teſtis deponens de re quæ tendat ad proprium commodum, non attenditur, deciſ. 11. lib. 3. n. 20.
Teſtes licèt extrajudicialiter examinati, faciunt, adminiculum, deciſ. 18. lib. 3. n. 8.
Contrarium, dec. 5. lib. 13. n. 9.
Præſertim ſi fuerint examinati tempore ſuſpecto, & non concurrant probationes contrariæ, deciſ. 18. lib. 3. n. 9.
Teſtis contra inducentem plenè probat, deciſ. 18. lib. 3. num. 11. & deciſ. 34. n. 16. lib. eodem, & deciſ. 14. lib. 6. num. 12. & dec. 24. lib. 6. n. 3. & deciſ. 41. n. 21. lib. eodem, & deciſ. 3 lib. 9. n. 17. & deciſ. 5. lib. 16. n. 10. & 11.
Teſtes probant ſituationem bonorum, deciſ. 10. lib. 4. numer. 16.
Teſtis famulus non probat pro domino, deciſ. 24. lib. 4. numer. 3.
Teſtium contrarietas enervat probationem ab ipſis elicitam, deciſ. 34. lib. 4. n. 18. & deciſ. 5. lib. 16. n. 6.
Teſtes affectati, & procuratores alios allicere ad teſtificandum non probant, deciſ. 34. n. 19. lib. 4.
Teſtes ad perpetuam examinati, ſi ſint adminiculati, plenè probant, deciſ. 37. lib. 5. n. 10. & deciſ. 16. lib. 9. n. 16.
Teſtes diſcordes nihil probant, deciſ. 14. lib. 6. n. 38. & deciſ. 34. lib. 9. n. 7. & 8. ubi maximè ſi contrarietas percutiat ſubſtantiam negotiis, & deciſ. 5. lib. 16. n. 6.
Teſtis ſingularis, ſed adminiculatus probat, deciſ. 24. lib. 6. n. 3. & deciſ. 4. lib. 12. n. 12. & deciſ. 2. lib. 14. n. 24.
Teſtes metu excommunicationis revelantes, alique non idonei probant, quando ex conjecturis, & præſumptionibus fulciuntur, deciſ. 37. lib. 6. num. 10.
Potiùs attenduntur teſtes, qui habent aſſiſtentiam præſumptionum, & conjecturarum, quàm alii, qui eis carent, deciſ. 37. lib. 6. num. 15.
Teſtis mediator, maximè ſi ſit perſona conſpicua, probat, deciſ. 41. lib. 6. num. 9. & deciſ. 42. num. 9. lib. eodem.
Teſtes deponentes de actibus reiterabilibus, ac diverſis temporibus emiſſis, licèt ſint ſingulares, probant, deciſ. 14. lib. 6. num. 11. & deciſ. 9. lib. 9. num. 6. & deciſ. 33. num. 8. lib. eodem.
Teſtes in ſecunda inſtantia non poſſunt repelli ſub prætextu, quòd non fuerint formiter examinati, quoties in prima non fuit oppoſitum, *generalia contra*, deciſ. 24. lib. 7. nu. 8.
Teſtes examinati poſt terminum à judice conceſſum, maximè ſi aliqui etiam poſt terminum juramentum preſtiterunt, non ſunt attendendi, tamquam nulliter, & ſine juriſdictione examinati, deciſ. 42. lib. 6. ante num. 1.
Teſtis etiam unicus deponens de his, quæ in occulto patrantur contra inducentem plenè probat, deciſ. 42. lib. 6. num. 4.
Teſtes crimine notatus, ſi à crimine fuit abſolutus probat, deciſ. 42. lib. 6. num. 10.
Teſtes deponentes de re, quæ evenit tempore valdè remoto, & in qua ipſi nullum habebant intereſſe, dicuntur deponere valde animosè, ideòque ſunt ſuſpecti, deciſ. 17. lib. 7. nu. 9.
Teſtes demortui de æquitate habentur, ac ſi eſſent formiter examinati, deciſ. 24. lib. 7. num. 9.
Teſtis deponens de facto proprio concurrentibus adminiculis probat, deciſ. 25. lib. 7. num. 10. & deciſ. 4. lib. 12. num. 12.
Teſtis



Teſtis mendax in uno præſumitur mendax in omnibus, deciſ. 28. lib. 7. nu. 14. & deciſ. 17. lib. 14. num. 10.
Teſtis depoſitio ſemper reducenda eſt ad ſanum, & congruum intellectum, deciſ. 1. lib. 9. num. 15.
Priores depoſitiones teſtium tamquam magis proximæ actui attenduntur, & non poſteriores, quæ præſumuntur per ſubornationem extortę, deciſ. 3. lib. 9. num. 15. & deciſ. 5. lib. 14. num. 42.
Teſtium deſpoſitiones ſunt ad concordiam reducendæ, ut contrarietas evitetur, deciſ. 4. lib. 9. num. 14.
Depoſitio teſtis, quæ emanavit ſuper interrogatoriis, prævalet primæ editæ ſuper articulis, deciſ. 5. lib. 9. num. 7.
Teſtes qualitate digniores magis attenduntur, deciſ. 5. lib. 9. num. 26.
Revelationes teſtium metu cenſurarum non attenduntur, dec. 6. lib. 9. num. 28.
Teſtium contrarietas non attenditur, quando non eſt in ſubſtantialibus, deciſ. 7. lib. 9. n. 3. & deciſ. 9. n. 16. & deciſ. 10. nu. 17. lib. eodem, & deciſ. 4. lib. 12. nu. 13.
Ad evitandam teſtium contrarietatem admittitur quælibet interpretatio, & etiam impropriatio verborum, dec. 8. lib. 9. num. 4.
Teſtis hæreticus probat, ſi ejus depoſitio emanavit, quando pro fideli communiter reputabatur, & ante inquiſitionem, deciſ. 10. lib. 9. nu. 11. & deciſ. 11. nu. 24. lib. eodem.
Quando teſtes deponunt de re ſequuta longè anteà, facilis eſt oblivio, & error, deciſ. 10. lib. 9. nu. 10.
Teſtes, ut probent ſufficit, quòd in ſubſtantia non diſcrepent, deciſ. 11. lib. 9. num. 9.
Teſtis, qui aſſerit rem non vidiſſe, non excludit, quòd illa non extiterit, deciſ. 11. lib. 9. num. 10.
Teſtis deponens de propria opinione probat, ſi iſta ſit innixa argumentis, & indiciis, deciſ. 12. lib. 9. num. 22.
Teſtis deponens de propria credulitate non probat, dec. 5. lib. 16. num. 6.
Teſtes extrajudicialiter examinati attenduntur, quando eorum depoſitio inducitur tamquam conjectura, deciſ. 16. lib. 9. num. 15.
Teſtes exceptiones patientes nihil probant, deciſ. 34. lib. 9. num. 3.
Teſtes ſocii criminis nihil probant, deciſ 34. lib. 9. num. 4.
Teſtes ſingulares in eorum dicto non probant, deciſ. 34. lib. 9. num. 9.
Teſtes deponentes de auditu ab aliis, nec formiter examinati non ſunt attendendi, deciſ. 41. lib. 10. nu. 3. & deciſ. 12. lib. 14. num. 21.
Epiſcopo teſtanti ad proprium commodum non creditur, deciſ. 4. lib. 12. num. 11.
Et teſtibus dependentibus de quadragenaria non eſt demendum totum tempus pupillaris ætatis, quando agitur de iis, quæ cadunt ſub ſenſu viſus; nam in iſtis poteſt teſtis deponere de viſis etiam paulò ante pubertatem, deciſ. 26. lib. 12. num. 8.
Teſtes deponentes de duabus ſummis, ſumi debent in ſumma minori, deciſ. 5. lib. 13. num. 9.
Teſtis deponens de tempore præciſo, & alter generaliter deponens ſine temporis ſpecificatione, dicuntur conteſtes, cum debeant eorum dicta uniri, & conciliari, deciſ. 2. lib. 14. num. 23.
Exceptiones contra dicta teſtium non attenduntur, ſi magnus ſit illorum numerus, & aliæ quoque concurrant probationes, deciſ. 11. lib. 14. num. 26.
Teſtis conſanguineus non probat, deciſ. 17. lib. 14. nu. 7.
Teſtibus omni exceptione majori us, benè informatis, & cauſam ſcientiæ reddentibus, plena fides eſt adhibenda, deciſ. 5. lib. 16. ante num. 1.
Teſtes fomentum recipientes à veriſimilitudine magis attenduntur, deciſ. 5. lib. 16. num. 5.
Teſtis deponens inveriſimilia non probat, deciſ. 5. lib. 16. num. 7.
In concurſu teſtium inter ſe contrariorum attenduntur illi, qui ſunt adminiculati ex publico inſtrumento, deciſ. 5. lib. 16. num. 9.

## TRANSACTIO IN GENERE.

Tranſactio totaliter litem perimit, deciſ. 10. lib. 14. nu. 19. & 20. & deciſ. 33. lib. 10. nu. 15.
Ubi tranſactionis implementum devenit ad impoſſibilitatem citra culpam tranſigentium, tunc jura tranſacta reviviſcunt, deciſ. 46. lib. 6. num. 5.
Litis exiſtentia, & timor ad ſubſtinendam tranſactionem aliundè probari debet, quàm ex tranſigentium aſſertione, deciſ. 24. lib. 7. num. 3.
Tranſactio facta ex falſa, & erronea cauſa, corruit, & non ſubſtinetur, deciſ. 22. lib. 7. num. 6.
Tranſactio, in qua nihil ex una parte remittitur, non ſubſtinetur deciſ. 40. lib. 7. num. 17.
Tranſatio, ſeu renunciatio litis injuſtæ non inducit læſionem, ſed lucrum, deciſ. 16. lib. 9. num. 25.
Non eſt permittendum, quòd tranſactio fideicommiſſi pariat everſionem, deciſ. 51. lib. 9 num. 18.
Tranſactio, in qua creditur aliqua pars rei ad effectum evitandi expenſas, ad quas quis concurrere deberet, ſubſtinetur, & eſt valida, deciſ. 6. lib. 10. num. 15.
Veniens contra tranſactionem, tenetur injuſtitiam illius probare, cum juſta, & valida præſumantur, deciſ. 6. lib. 10. numer. 16.
Tranſactio, in qua nulla fraus, ſeu calumnia interceſſit, multò magis ſubſtineri debet, deciſ. 6. lib. 10. num. 18.
Si in tranſactione fuit præſervatum fideicommiſſum, illud dicitur potiùs confirmatum, deciſ. 33. lib. 10. num. 11.
Et ſi verba tranſactionis aliquo modo cum fideicommiſſo non convenirent, vel concordarent; tamen omnis ſummenda eſt interpretatio, ut cum illo concordet, & nihil immutatum cenſeatur deciſ. 33. lib. 10. num. 12. & ſeqq.
Tranſactio inita ſuper prætenſionibus, quas quis habebat contra unum fratrem non poteſt extendi ad bona alterius, deciſ. 25. lib. 11. num. 16.
Ad effectum, ut ſuper juribus Eccleſiæ tranſigi, & concordari poſſit, requiritur beneplacitum Apoſtolicum, & juſta cauſa, deciſ. 1. lib. 16. num. 7.
Tranſactio ſuper fideicommiſſo facta bona fide pro bono pacis, & ad evitanda diſſidia, obeſt tranſigenti, & ſucceſſoribus, licèt ex propria perſona venientibus, deciſ. 71. lib. 10. numer. 13.
Et maximè ſi ſucceſſores ſint hæredes tranſigentis, cum tunc nequeant factum authoris impugnare, deciſ. 71. lib. 10. num. 14.

## TRANSACTIO QUOAD LÆSIONEM.

In tranſactionibus ad hoc ut conſiderari poſſit læſio, eſt habenda ratio de dubio litis eventu, deciſ. 2. lib. 7. nu. 21.
Dubius litis eventus eſt conſiderandus de tempore initæ tranſactionis, non regulandus à ſubſequuto eventu, deciſ. 23. lib. 7. num. 4.
Non obſtante dubio litis eventu judex judicium interponere valet ad dignoſcendam læſionem, ponderando ipſam incertitudinem, & quantum fuerat magnitudo, vel modicitas difficultatum, deciſ. 23. lib. 7. nu. 5.
Et quidem abſque eo quòd ſit opus recurrere ad auxilium peritorum, cum tutius ſit, ut judex ex ſe cognoſcere non dedignetur deciſ. 23. lib. 7. nu. 6.
Dubius litis eventus in nihilo æſtimatur, ſi proveniat à vanis quæſtionibus, quæ probabilium rationum fundamentis ſunt deſtitutæ, deciſ. 23. libr. 7. num. 9. & deciſ. 24. n. 4. & 11. lib. eodem.
In tranſactionibus eſt pretio æſtimabilis liberatio à litibus, deciſ. 23. lib. 7. nu. 15.
Contractus tranſactionis in parte læſivus corruit in totum, deciſ. 23. lib. 7. num. 16.
Dubius litis eventus, cum non cadat ſub ſenſu corporeo æſtimari debet arbitrio judicis, deciſ. 24. lib. 7. nu. 10.
Tranſactio, in qua quis etiam commenſurato dubio litis eventu fuit enormiter læſus, non ſubſtinetur, deciſ. 23. lib. 11. num. 13.

## TRANSMISSIO.

Jus petendi legitimam tranſmittitur etiam ad hæredes extraneos, deciſ. 43. lib 9.
Tranſmittitur etiam legatum dotis conditionale, quando dos ſuccedit loco legitimæ, deciſ. 24. lib. 10. num. 10. & deciſ. 25. num. 14. lib. eodem.
Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur, deciſ. 34. lib. 10. num. 8.
Neque ad filios, quando ceſſant conjecturæ, deciſ. 55. lib. 10. num. 14.
Et deficientibus contemplatione agnationis, & digreſſu ad plures gradus ſubſtitutorum, cæteræ ad hunc effectum non attenduntur, dec 55. lib. 10. n. 15.
Conjectura vehemens pro excludenda tranſmiſſione eſt vocatio facta propriis expreſſis nominibus, deciſ. 55. lib. 10. n 16.
Ex poſſeſſione bonorum deducitur ſufficiens agnitio ad effectum tranſmiſſionis, deciſ. 71. lib. 10. n. 25.
Fideicommiſſum purificatum, antequam quis decederet, tranſmittitur, etiam ſi non fuerit agnitum, deciſ. 71. lib. 10. n. 26.
To-

Voluntas teſtatoris etiam deſumpta ex conjecturis facit tranſmiſſibile id, quod de ſui natura non eſt, *deciſ.* 3. *lib.* 11. *num.* 14.
Vita, & militia, quæ debetur ſuper fundis antiquis, non eſt tranſmiſſibilis, *deciſ.* 3. *lib.* 11. *num.* 18.
Conjecturæ ad effectum ſuadendi tranſmiſſionem legati, ſeu fideicommiſſi non tranſmiſſibilis, debent eſſe valdè urgentes, *deciſ.* 14. *lib.* 11. *num.* 7. & 21.
Inter deſcendentes leviores ſufficiunt conjecturæ, ſed tamen qualitas deſcendentiæ non eſt conjectura tranſmiſſionem ſuadens, *deciſ.* 14. *lib.* 11. *num.* 18.
Legatum non dicitur collatum in remotiſſimum tempus ad effectum arguendi tranſmiſſibilitatem, quando conditio dependet ab obitu filiorum primi gradus, *deciſ.* 11. *lib.* 14. *numer.* 19.
Inæqualitas inter filias non attenditur ad ſuadendam tranſmiſſionem, quando illa provenit à caſu, & ex quo una ex filiabus prædeceſſit, *deciſ.* 11. *lib.* 14. *nu.* 20.
Vide legatum ſub conditionem.

## TREBELLIANICA IN GENERE.

Trebellianica debetur gravato in præmium aditionis, & periculi, quod hæres ſubeſt adeundo, *deciſ.* 30. *lib.* 9. *num.* 13. & *deciſ.* 58. *num.* 5. *lib. eodem*.
Trebellianica non eſt detrahenda neque ex melioribus, neque ex pejoribus corporibus, ſed proportionabiliter, *deciſ.* 33. *lib.* 9. *num.* 13.
Trebellianica debetur hæredi ab inteſtato, quando ipſe vigore clauſulę codicillaris appoſitæ in teſtamento contratabulato tenetur reſtituere hæredi ſcripto, *deciſ.* 38. *lib.* 9. *num.* 32. & *deciſ.* 51. *num.* 4. *lib. eodem*.
Trebellianica non debetur, ſi hæreditas adita non fuit, *deciſ.* 40. *lib.* 9. *num.* 9.
Minùſque ſi non fuit facta reſtitutio dotis, *deciſ.* 40. *lib.* 9. *num.* 10.
Trebellianica detrahitur à gravato, non autem à fideicommiſſario, *deciſ.* 51. *lib.* 9. *num.* 5.
Si trebellianica non fuit per hæredem ab inteſtato detracta, quando ipſe vigore clauſulæ codicillaris tenetur hæredi ſcripto reſtituere, quòd poſſit illam detrahere ipſe hæres ſcriptus, *deciſ.* 51. *lib.* 9. *num.* 8.
Quòd concluſio veniat intelligenda, quando gravatus trebellianicam non detraxit in gratiam fideicommiſſarii, erga quem voluit exercere liberalitatem, ſecus contra: & talis liberalitas, & affectio erga fideicommiſſarium excluditur, ſi iſte ſit extraneus, & parùm benevolus, *deciſ.* 51. *lib.* 9. *nu.* 34. & *dec.* 53. *nu.* 19. & 20. *lib eodem*.
Trebellianica ſi fuit detracta ab hærede ab inteſtato in reſtitutione facta hæredi ſcripto vigore clauſulæ codicillaris, non poteſt ab eodem hærede ſcripto iterum detrahi, licèt ipſe ſit pariter gravatus, *deciſ.* 52. *lib.* 9. *nu.* 1.
Trebellianica detrahitur ex legis beneficio non ſecundum, ſe, contra voluntatem teſtatoris, *deciſ.* 53. *lib.* 9. *num.* 15. & *deciſ.* 56. *lib.* 9. *num.* 11. & *deciſ.* 61. *num.* 16. *lib. eodem*.
Hæres fideicommiſſarius ſtatim ac adit hæreditatem habet jus fixum, & radicatum pro conſecutione trebellianicæ, & poteſt ad libitum facere alienationes in trebellianicam imputandas *dec.* 54. *lib.* 9. *nu.* 1. & *dec.* 55. *nu.* 1. & *dec.* 57. *nu.* 1. & *deciſ.* 58. *num.* 3. & *ſeqq. lib eodem*.
Hinc poteſt ſtatim à fideicommiſſario implorari judicis officium pro declaratione, quòd non competat trebellianicæ detractio, *deciſ.* 54. *lib.* 9. *nu.* 2. *cum ſeqq.* & *deciſ.* 57. *num.* 2. & *ſeqq. lib. eodem*.
Quando ſumus in illis, qui fructus in trebellianicam non imputant, tunc poſſunt iſti convenire fideicommiſſarium ad effectum ſeparandi bona pro trebellianica, *deciſ.* 54. *lib.* 9. *n.* 3. & *deciſ.* 55. *n.* 6. & *deciſ.* 57. *n.* 5. *lib. eodem*.
Fideicommiſſarius pro rata trebellianicæ correſpondenti non tenetur fideicommiſſarium mediante cautione aſſecurare, *dec.* 57. *lib.* 9. *num.* 6.
Fructus illius portionis hæreditatis, ad quam aſcendunt legitima, & trebellianica, non tenetur gravatus in trebellianicam imputare, nec inveſtire, ideòque ſunt ſeparandi, *deciſ.* 59. *lib.* 9. *num.* 1.
Pupillaris expreſſa excludit hæredem à detractione trebellianicæ, ſi caſus pupillaris evenerit, ſecus è contra, *dec.* 61. *lib.* 9. *num.* 11.
Trebellianica debita fratribus, qui cum aſcendenti concurrunt quando teſtamentum fuit contratabolatum, & vigore clauſulæ codicillaris eſt facienda reſtitutio, conſiſtit in duabus unciis *deciſ.* 71. *lib.* 9. *num.* 8.
Filii primi gradus non imputant fructus in trebellianica, *deciſ.* 87. *lib.* 10. *num.* 2.
Trebellianica non amittitur ob non confectionem inventarii, ſed benè poteſt à teſtatore prohiberi, *deciſ.* 91. *lib.* 10. *num.* 27. & 28.
Trebellianica an, & quando detrahatur, ante, vel poſt legitimam; *Vide* In verbo Legitima.

## TREBELLIANICA QUOAD PROHIBITIONEM.

Trebellianica ſi non ſit expreſsè prohibita, vel adſint tot, & tales conjecturæ, ex quibus judex tacitam prohibitionem deſumere valeat, ſemper debetur, *deciſ.* 30. *lib.* 9. *n.* 9.
Verba totalitatem importantia debent percutere partem conditionalem reſtitutionis, ad hoc ut importent prohibitionem trebellianicæ, *deciſ.* 30. *lib.* 9. *num.* 11. & *deciſ.* 31. *n.* 13 & *deciſ.* 51. *n.* 29. & *deciſ.* 52. *num.* 4. & *deciſ.* 53. *n.* 3. & 5. & *deciſ.* 56. *n.* 7. *lib. eodem*.
Si verba importent univerſalitatem, & non totalitatem, etiamſi ſint in parte conditionali appoſita, non præſeferunt prohibitionem trebellianicæ, *deciſ.* 30. *lib.* 9. *n.* 12. & *deciſ.* 31. *num.* 12. *lib. eodem*.
Trebellianicæ detractio non impeditur ex clauſula *omni meliori modo*, quæ ſit appoſita in inſtitutione, & non in reſtitutione, *deciſ.* 38. *lib.* 9. *n.* 30. & 31. & *deciſ.* 51. *n.* 29. & *deciſ.* 52. *n.* 4. & *deciſ.* 53. *n.* 3. *lib. eodem*.
Ex prohibitione legitimæ arguitur voluntas prohibendi quoque trebellianicam, *deciſ.* 40. *lib.* 9. *n.* 7. & *deciſ.* 58. *n.* 27. *lib. eodem*, & *deciſ.* 62. *n.* 19. *lib. eodem*.
Procedit concluſio, ſi legitima expreſsè prohibita ſit, ſecus ſi non fuerit relicta, *deciſ.* 62. *lib.* 9. *n.* 20.
Ex legato pro omni, & toto eo deſumitur trebellianicæ prohibitio, *deciſ.* 40. *lib.* 9. *n.* 8.
Si tutor primo hæredi dumtaxat prohibitionem trebellianicæ injunxit, quòd maximè oriatur tacita permiſſio ſuper hujus quartæ detractione ad favorem ſecundi gravati, *deciſ.* 51. *n.* 7. *lib.* 9. & *deciſ.* 52. *n.* 2. & *deciſ.* 53. *n.* 2. *lib. eodem*.
Licèt trebellianica fuerit prohibita hæredi ſcripto, tamen non ex hoc dicitur prohibita hæredi ab inteſtato vigore clauſulæ codicillaris reſtituere obligato, *deciſ.* 51. *lib.* 9. *n.* 28. & 30. & *deciſ.* 52. *n.* 5. & *deciſ.* 53. *n.* 11. *lib. eodem*.
Licèt prohibitio trebellianicæ facta uni, non afficiat alterum, id intelligitur, quando ſumus in pluribus cohæredibus, ſecus autem quando agitur de hærede, & fideicommiſſario, quia ſi ſit facta hæredi, cenſetur facta fideicommiſſario, & cæteris omnibus, *deciſ.* 51. *lib.* 9. *num.* 32. & *deciſ.* 53. *num.* 11. 13. & 18.
Ad inducendam prohibitionem trebellianicæ requiruntur verba, quæ alium effectum, & ſenſum habere non poſſint, *deciſ.* 41. *lib.* 9 *num.* 31. & *deciſ.* 52. *num.* 3. & *deciſ.* 53. *num.* 4. *lib. eodem*.
Verbum *totam* importat prohibitionem trebellianicæ, maximè juncta clauſula *omni meliori modo*, *deciſ.* 53. *lib.* 9. *n.* 8. & 9. & *deciſ.* 58. *n.* 22. & 23. & *deciſ.* 60. *n.* 4. *lib. eodem*.
Trebellianica nedum expreſsè, ſed etiam tacitè prohiberi poteſt, *deciſ.* 56. *lib.* 9. *n.* 1.
Et faciliùs prohibitio admittitur in hærede extraneo, quam in filio, *deciſ.* 56. *lib.* 9. *n.* 2. & *deciſ.* 60. *n.* 13. *lib. eodem*.
Dicitur prohibita, ſi teſtator omnes, & ſingulas ejus facultates mandavit reſtitui, *deciſ.* 56. *lib.* 9 *n.* 3. & 4. & *deciſ.* 58. *n.* 29. & *deciſ.* 59. *à n.* 15. & *deciſ.* 60. *n.* 5. & 6. *lib. eodem*.
Licèt poſſet de prohibitione dubitari, ſi teſtator dixiſſet reſtitui omnia, & ſingula bona; tamen non adeſt dubium, quando dixit omnes, & ſingulas facultates, quia hæc verba important univerſalitatem integralem, *deciſ.* 56. *lib.* 9. *n.* 5. & 6. & *dec.* 58. *n.* 33. & *ſeqq.* ubi maximè ſi accedat verbum *tutte*, & *deciſ.* 59. *n.* 15. *lib. eodem*.
Etiamſi verba integralitatem denotantia ſint appoſita in proœmio, vel in alia parte diſpoſitionis, tamen deſerviunt pro inducenda prohibitione, & contraria opinio procedit ſolùm quando ſunt appoſita in inſtitutione, *deciſ.* 56. *lib.* 9. *n.* 8. & *ſeqq.* & *deciſ.* 58. *n.* 30. & 31. & *deciſ.* 59. *n.* 26. *lib. eodem*.
Si teſtator mandavit, quòd hęres in omnibus, & per omnia voluntatem ſuam adimpleat, ex hoc cenſetur detractio trebellianicæ vetita, *deciſ.* 56. *lib.* 9. *n.* 12. & 58. *n.* 46. & *deciſ.* 59. *n.* 32. & *ſeqq.* & *deciſ.* 60. *n.* 6. *lib. eodem*.
Juncta maximè clauſula *in ogni miglior modo &c.* quæ quando eſt appoſita in diſpoſitivis, non præſumitur ex ſtylo notarii, ſed à voluntate teſtatoris, *deciſ.* 56. *lib.* 9. *n.* 13. & *ſeqq.* & *deciſ.* 60. *n.* 6. *lib. eodem*.
Quoties teſtator deſignat, & ſpecificat, quid & quantum debeat hæres ab hæreditate percipere, cenſetur prohibere trebellianicam, etiamſi non adſit taxativa, *deciſ.* 56. *lib.* 9. *n.* 18. & *ſeqq.* & *deciſ.* 58. *n.* 37. & *deciſ.* 59. *n.* 22. & *deciſ.* 60. *n.* 7. & 8. *lib. eodem*.

Ma



Maximè ſi ſubindè mandavit reſiduum reſtitui, *deciſ.* 56. *l.* 9. *n.* 21. & *dec.* 58. *n.* 39. & *deciſ.* 60. *n.* 9. *l. eodem*.
Si teſtator prohibuit hæredi etiam temporalem diſmembrationem bonorum multò magis cenſetur prohibita trebellianica, quæ perpetuam, & irrevocabilem ſeparationem importat, *deciſ.* 56. *l.* 9. *n.* 22. *deciſ.* 60. *n.* 12. *l. eod.*
Ex prohibitione alienationis cenſetur quoque prohibita, & trebellianica, *deciſ.* 56. *lib.* 9. *n.* 23. & *deciſ.* 58. *n.* 24. *lib. eodem*.
Ex præcepto, quòd fructus exuberantes deberent inveſtiri in augmentum hæreditatis, infertur, quod teſtator noluit, ut iſta per trebellianicæ detractionem diminueretur, *deciſ.* 56. *l.* 9. *n.* 25. & *deciſ.* 58. *n.* 40. & 41. & *deciſ.* 59. *n.* 26. & *ſeqq.* & *deciſ.* 60. *n.* 11. *lib. eodem*.
Si teſtator valdè præ oculis habuit favorem ſubſtituti, indè faciliùs inducitur prohibitio trebellianicæ, *deciſ.* 56. *l.* 9. *n.* 26.
Prout etiam ſi voluit conſervationem proprietatis potiùs cum diminutione legatorum in caſu quo fructus diminuerentur, *dec.* 53. *l.* 9. *n.* 27. & *deciſ.* 58. *n.* 42. & 43. *l. eodem*.
Ex voto conſervandi agnationem oritur conjectura prohibitæ trebellianicæ, *deciſ.* 56. *l.* 4. *n.* 28. & *deciſ.* 60. *n.* 10. *l. eodem*.
Verba denotantia integrale adimplementum, licèt non appoſita in reſtitutione, tamen ſi ſint in eadem oratione, & ſint univerſalia, & geminata, multùm conducunt ad prohibitionem ſuadendam, *deciſ.* 56. *l.* 9. *n.* 29. & *deciſ.* 58. *n.* 45. & 46. & *deciſ.* 59. *n.* 17. & 18. *l. eodem*.
Si teſtator voluit, ut hæres reſtitueret totam hæreditatem in caſu birubatus, quòd tota in cæteris caſibus quoque reſtitueretur voluiſſe præſumitur, ſi nulla adſit cauſa diſparitatis, *deciſ.* 56. *l.* 9. *n.* 30. & *deciſ.* 58. *n.* 49. *lib. eodem*.
Is qui conſcripſit de ordine teſtatoris diſpoſitionem, ſi teſtetur mentem diſponentis fuiſſe quòd trebellianica non detraheretur, multum ejus aſſertioni defertur ad conjecturandam prohibitionem, *deciſ.* 56. *l.* 9. *n.* 31. & *deciſ.* 58. *n.* 41. & 42. *l.* 9.
Prohibitio trebellianicæ poteſt ex conjecturis probari, *deciſ.* 52. *l.* 9. *num.* 12.
Et conjecturæ debent eſſe urgentes, & perneceſſe concludere, non tamen ea neceſſitate, quæ eludat omne poſſibile in contrarium, ſed ea tantùm, quæ moraliter captivet animum judicis ad credendum teſtatorem ita voluiſſe, *dec.* 58. *lib.* 9. *n.* 19. & 28. & *deciſ.* 59. *n.* 4. & *ſeqq.* & *deciſ.* 60. *n.* 2. & 3. & *deciſ.* 61. *n.* 1. *dec.* 62. *n.* 2. *l. eodem*.
Teſtator mandans omnia bona vendi, & diſtribui, cenſetur prohibere trebellianicam, *deciſ.* 59. *l.* 9. *n.* 19.
Ad arguendam trebellianicæ prohibitionem ſingulæ partes teſtamenti ſunt jungendæ, *deciſ.* 59. *li.* 9. *n.* 20.
Legatum dotis importat implicitam taxativam ad arguendam prohibitionem Trebellianicæ, *deciſ.* 59. *l.* 9. *n.* 25.
Quando hæreditas eſt reſtituenda abſque diminutione, cenſetur prohibita trebellianica, *deciſ.* 59. *l.* 9. *n.* 28.
Quando teſtator mandat hæredi, aliquod creditum hæreditati remittat, vel quando illum gravat, ut propria bona fideicommiſſo ſubjiciat, an ex his dicatur prohibita trebellianica, *deciſ.* 59. *l.* 9. *num.* 30. & 31.
Conjecturæ ad effectum arguendi prohibitionem trebellianicæ ſunt ſimul jungendæ, quando ſingulæ aliquem gradum perfectionis habent, & tendunt ad eundem finem, *deciſ.* 59. *l.* 9. *num.* 35.
Pupillaris ſubſtitutio expreſſa non deſervit pro conjectura ad effectum prohibitionis trebellianicæ, ſi caſus pupillaris non evenerit, *deciſ.* 61. *l.* 9. *n.* 11.
Ex ſubſtitutione, quæ non evenit, nec habuit effectum, non valet deſumi conjectura ad inducendam prohibitionem trebellianicæ in caſu diverſo, *deciſ.* 61. *l.* 9. *n.* 12. & *deciſ.* 62. *num.* 17. *l. eodem*.
Trebellianicæ prohibitio de perſona ad perſonam non extenditur, *deciſ.* 61. *li.* 9. *n.* 13. & *deciſ.* 62. *n.* 17. *l. eodem*.
Clauſula *omni meliori modo*, & dictio *liberamente*, quæ ſuum effectum commodè operari poſſunt efficiendo magis validam ipſam ſubſtitutionem, quoad modum requirendi non debent trahi ad ſenſum totalitatis ad effectum prohibendi trebellianicam, *deciſ.* 61. *lib.* 9. *n.* 14.
Trebellianica licèt fuerit in uno teſtamento prohibita, non indè reſultat, quòd in alio quoque prohibita cenſeatur, *deciſ.* 81. *lib.* 9. *num.* 15.
Præſumptio, quòd quis voluerit ſe conformare cum patriæ ſtatuto trebellianicam prohibentis, quando alibi teſtator deceſſerit, ut nimis debilis, rejicitur, *deciſ.* 61. *lib.* 9. *à n.* 2. & *deciſ.* 62. *n.* 3. *lib. eodem*.
Clauſula *omni meliori modo*, ſi ſit deſtituta verbis totalitatem denotantibus, non ſufficit ad trebellianicæ prohibitionem, etiam ſi reſtitutionem percutiat, *deciſ.* 62. *lib.* 9. *n.* 21.
Si teſtator permiſit, ut certa portio tantùm poſſet à gravato alienari, & reſiduum, mandavit, ut reſtitueretur, ex hoc prohibita cenſetur trebellianica, *deciſ.* 82. *lib.* 10. *n.* 8.
Exigitur tamen, ut ultra præceptum reſtituendi reſiduum concurrant in ipſa facultate alienandi verba taxativa, & limitativa, *deciſ.* 83. *lib.* 10. *n.* 6.
Trebellianica poteſt prohiberi etiam filiis primi gradus, *deciſ.* 83. *lib.* 10. *num.* 5.
Prohibitio trebellianicæ facta primo hæredi, non importat niſi ſimplicem negationem, non autem diſpoſitionem, quod hujuſmodi quota ſit relicta fideicommiſſario, *deciſ.* 53. *num.* 14. *lib.* 9.



## TRIBUNAL.

Vicarii Priorum particularium an habeant facultatem erigendi tribunali, & in ſpecie de vicariis magni Priori Caſtellæ, *dec.* 3. *lib.* 3. *n.* 10. & 11.
Tribunal eſt locus, ubi jus dicitur, & ubi judex ſedet audiendo, & judicando, *deciſ.* 13. *lib.* 3. *n.* 1
Jus habendi tribunal competit cuicumque habenti ordinariam juriſdictionem, *deciſ.* 13. *lib.* 3. *num.* 2. & *deciſ.* 14. *num.* 4. *li. eodem*.
In ſequelam juris habendi tribunal venit habere fiſcum, notarium, familiam armatam, carceres, omniaque ea, ſine quibus ſubditi judicari, & puniri nequeunt, *deciſ.* 13. *l.* 3. *n* 3.
Magnus Prior Caſtellæ, & Legionis, habet conſuetudinem retinendi tribunal, *deciſ.* 13. *l.* 3. *n.* 8.
Item Priores Civitatis Salamancenſis, & Zamorenſis, *deciſ.* 13. *lib.* 3. *num.* 9.
Item Priores Navarræ, & Meſſanæ, *deciſ.* 13. *lib.* 3. *n.* 10. &. 11.
Pro exercitio juriſdictionis ordinariæ cum tribunali, aliiſque annexis, non eſt de eſſentia habere territorium ſubjectivè, ſed ſufficit circumſcriptivè, ut ſciatur, intra quos limites, & in quibus perſonis juriſdictio exerceri poſſit, *deciſ.* 13. *li.* 3. *n.* 15. & *deciſ.* 14. *n.* 7. *li. eodem*.
Conſervatores Religionis Hieroſolymitanæ non poſſunt retinere tribunal, *deciſ.* 14. *n.* 8. *lib.* 3.
Conſtitutio Innocentii XII. ſuper ſuppreſſionem tribunalium, judicium Urbis, & reductione eorumdem ad jus commune, & ad judices ordinarios Romanæ Curiæ, habetur *lib.* 15. *conſtit.* 3. *fol.* 390.

## TUTOR.

Tutor negligens comparere in judicio concurſus, non præjudicat pupillo, *deciſ.* 40. *li.* 5. *nu.* 7.
Tutor gerens negotium pupilli etiam nomine proprio, tamen cenſetur feciſſe titulo adminiſtrationis, *deciſ.* 17. *lib.* 6. *num.* 16.
Tutor non inveſtiens pecunias pupillares, tenetur ad uſuras, *deciſ.* 38. *li* 6. *nu.* 29.
Tutor tenetur ſervare teſtatoris præceptum, *deciſ.* 41. *lib.* 7. *n.* 1. & *dec.* 42. *nu.* 1. *lib. eodem*.
Tutor creditor pupilli ad evitandas uſuras tenetur bona pupilli vendere, & ſibi ſatisfacere, *deciſ.* 41. *lib.* 7. *n.* 2. 8. & *deciſ.* 42. *n.* 2. & 3. *lib. eodem*.
Et ſi prædicta non egerit, nullæ debentur uſuræ, *deciſ.* 41. *lib.* 7. *n.* 3.
Tutores omnes tenentur inſolidum uſque ad finem officii, ad differentiam illorum, qui alienum negotium ſpontè gerunt, *dec.* 41. *lib.* 7. *n.* 6. & 7.
Actio tutelæ præſcribitur ſpatio triginta annorum, nec ſubindè poteſt tutor, vel ejus hæres vexari, *deciſ.* 43. *lib.* 7. *n.* 2.
Miniſter à tutore deputatus tenetur tutori rationem reddere, tutor verò pupillo, *deciſ.* 43. *lib.* 6. *n.* 3.
In actione tutelæ locum habet etiam præſcriptio ſtatutaria, *deciſ.* 43. *lib.* 7. *num.* 7. *et ſeqq.*
Tutor non tenetur ad emendationem damni, quod proceſſit in amiſſione nominis debitoris, ſi de tempore contractus iſte reputabatur idoneus, *deciſ.* 44. *l.* 7. *n.* 1.
Tutori non imputatur deterioratio debitoris poſt contractum ſuperventa, *deciſ.* 44. *lib.* 7. *n.* 2.
Si inopia debitoris occulta fuit, tutor cum eo contrahens excuſatur, *deciſ.* 44. *lib.* 7. *num.* 5.
Sufficit, quòd tutor benè, & diligenter negotium geſſerit, licèt malum eventum habeat, *dec.* 44. *li.* 7. *n.* 6.
Tutor non poteſt cum amico ſuper re pupilli contrahere, *dec.* 44. *lib.* 5. *num.* 7.
Tutori imputandum non eſt, ſi non procuraverit pręſtationem novæ fidejuſſionis, ubi inopia debitoris non fuit detecta de tempore adminiſtrationis, *dec.* 44. *lib.* 7. *nu.* 8.
Nihil tutori eſt imputandum, ſi non curaverit promovere actionem poſt detectam debitoris determinationem, ubi nihil profeciſſet, *dec.* 44. *lib.* 7. *n.* 9.

Qq Tu-

Tutor, qui fuit honoribus decoratus à Prencipe, non præſumitur quod ſit perſona doloſa, decis. 44. n. 10.
Tutor non tenetur reddere rationem de bonis in patrimonio pupilli non repertis, decis. 45. lib. 3. n. 11.
Tutor qui notitiam non habuit de donatione facta pupillo, excuſatur, ſi non curaverit bona donata ſeparare, & adminiſtrare, decis. 45. lib. 7. n. 7.
Tutori non eſt imputandum, ſi neglexerit exercere jura, quorum documentum in hæreditate repertum non fuit, decis. 45. lib. 7. n. 9.
Tutor redargui non poteſt, ſi non deduxit jura pupilli, quæ ejus pater deducere non curavit, dec. 45. lib. 7. n. 10.
Tutor adeundo hæreditatem pro pupillo abſque ſolemnitatibus, & beneficio illi non præjudicat, dec. 19. lib. 9. n. 9.
Tutor præſumitur, quòd fecerit librum titularem, decis. 45. lib. 9. num. 5.
Iſteque præſumitur deveniſſe ad manus hæredum ipſius tutoris, unà cum hæreditate, decis. 45. lib. 9. n. 6.
Maximè ſi iſti in inventario deſcripſerint ſcripturas, ſub earum nomine continetur etiam liber titularis, decis. 45. lib. 9. n. 7. & 9.
Tutor ante redditam rationem non poteſt dici neque creditor, neque debitor, decis. 45. lib. 9. n. 11.

# V

## VALOR.

Communis valor non dicitur probatus ex venditione, & locatione aliorum bonorum, decis. 21. lib. 4. n. 12.
Valor ex libris Cataſtri non probatur, decis. 22. lib. 4. n. 5.
Ex taxatione, & ſolutione collectarum deſumitur valor, & fructus bonorum, decis. 22. lib. 4. n. 7.
Valor rei augetur, ſi venditor aſſumpſit in ſe periculum, & emptor fuit aſſecuratus de certo lucro, dec. 5. l. 5. n. 12.
Uſus rei, & oblectatio eſt in pretio ad augendum valorem, decis. 8. lib. 5. n. 3.
Valor rerum variis temporum contingentiis mutatur, & illorum pretium conſiſtit in voluntate, & placito partium, decis. 25. lib. 7. num. 15.
Valor rerum ſolo lapſu temporis variatur, & mutatus cenſetur, dec. 43. lib. 9. n. 7. & decis. 102. lib. 10. n. 10. & dec. 103. n. 27. lib. eodem.
Privata venditio, ſeu permutatio facta nulla prævia æſtimatione non probat verum rei valorem, decis. 102. l. 10. nu. 11. & decis. 103. n. 26. & ſeqq. lib. eodem.
Locatio quæ non percutit tempus præciſum, non probat valorem, decis. 5. lib. 13. n. 10.

## VENDITIO.

Nemo invitus cogitur ad vendendam rem ſuam, decis. 32. lib. 4. num. 1.
Cogitur tamen favore Eccleſiæ, vel Religionis, concurrente cauſa ædificandi, vel ampliandi Eccleſiam, ſeu monaſterium, decis. 32. lib. 4. n. 2.
Debet autem ex parte Eccleſiæ concurrere neceſſitas, decis. 32. lib. 4. num. 3.
Privilegium legis ſi quis ſepulchrum, eſt exorbitans, & debet reſtringi, & non extendi, decis. 32. lib. 4. n. 4.
Et ex dicta lege nulla oritur actio, ſed tantùm officium judicis, decis. 32. lib. 4. n. 5.
Quòd privilegium prædictæ legis ſi quis ſepulchrum, procedat quoad Eccleſias, & monaſterio, tam ædificata, quàm ædificanda, decis. 32. lib. 4. n. 6.
Procedit etiam quoad annua, & connexa, etiam in liberatione à quocumque onere & ſervitute, decis. 32. l. 4. n. 7.
Et nedum admittitur pro manſo, ubi Eccleſia conſtructa fuit, ſed pro toto ſitu circumjacente, decis. 32. lib. 4. n. 8.
Eccleſia alteram Eccleſiam ad vendendum non cogit, dec. 32. lib. 4. num. 9.
Limita, ubi una Eccleſia eſt major ratione ut æquitate fulcita, decis. 32. lib. 4. n. 11.
Major verò cauſa concurrit, ubi agitur de liberanda una Eccleſia à ſervitute emphyteutica, decis. 32. lib. 4. n. 12.
Pactum, quòd venditor teneatur adhuc ſubire pericula rei vanditæ, an & quando ſubſtineatur, decis. 5. lib. 5. nu. 30. & 55.
Sub venditione domus cum annexis, & connexis, quòd non veniant domuncula, quæ licèt cohærens non ſit annexa, & quando connexa dicatur, vel non; *Vide* Domus.
Obſervantia optimè declarat, quid in venditione fuerit comprehenſum, nec requiritur, quòd ſit præſcripta, decis. 25. lib. 7. num. 11. & 12.
Expreſſio generalis confinium non eſt apta comprehendere in venditione rem, quæ annexa non eſt rei venditæ, decis. 25. lib. 7. num. 13.
Comprehenſio unius rei in venditione non importat comprehenſionem aliarum, decis. 25. lib. 7. n. 14.
Per petitionem, & receptionem pretii cenſetur quis venditionem ratificaſſe, decis. 99. lib. 10. n. 14.

## VERBA IN GENERE.

Verba ſunt ſemper intelligenda juxta ſubjectam materiam, & naturam contractus cui adhærent, decis. 2. lib. 1. n. 3.
Verba debent etiam impropriari, ut repugnantia evitetur, decis. 17. lib. 5. nu. 11.
Verba quanvis generalia ex præſumpta voluntate partium reſtringuntur ad rationem à contrahentibus expreſſam, decis. 17. lib. 5. num. 14. & reſponſ. 2. num. 310. & ſeqq. fol. 494. tom. 2.
Verba referuntur ad rem magis proximam, decis. 14. lib. 6. num. 22.
Verba in fine poſita, & cum tota diſpoſitione complicata, ad omnia præcedentia referri debet, decis. 14. lib. 7. n. 8.
Verba dubia unius diſpoſitionis, ſeu contractus optimè declarantur ab alia ejuſdem contrahentis diſpoſitione, quamvis exarata in diverſa ſcriptura, decis. 13. lib. 7. n. 9.
Verba ſubſequentia ſpecialia reſtrigunt, & modificant proxima generalia, decis. 21. lib. 7. num. 1.
Verba clara non admittunt interpretationem, decis. 21. lib. 7. num. 2.
Superflua, vel otioſa non dicuntur verba, quæ pro majori declaratione, & ad abundantiorem cautelam appoſita fuerunt, decis. 25. lib. 7. n. 8. & 9.
Verba ſemper debent conciliari, ut evitetur contrarietas, dec. 1. lib. 8. num. 8.
Magna tribunalia verbis judicis non inſiſtunt, ſed ſpectant voluntatem, decis. 18. lib. 9. num. 17.
Verba, quæ ſunt appoſita ad augumentum, non debent operari diminutionem, decis. 56. lib. 9. n. 17.
Verba quantumvis generalia, non poſſunt ultra expreſſas extendi, decis. 66. lib. 9. n. 7.
Verba ſunt intelliganda ſecundum uſu loquendi, & iſte anteponitur cuicumque naturali, & propriæ ſignificationi, decis. 61. lib. 10. n. 14.
Verba taliter interpretari debent, ut voluntas teſtatoris non ſit fruſtatoria, & inanis, decis. 79. lib. 10. n. 18.
Verba directa obliquantur, & inducunt gravamen, quando ita ſuadet mens diſponentis, decis. 116. lib. 10. n. 11.

## VERBA IN SPECIE.

Verbum *accipere* eſt directum, decis. 84. lib. 10. n. 8.
Verbum *ad libitum*, plenam, & ab omni lege ſolutam libertatem tribuit, decis. 46. lib. 10. n. 11.
Verbum *avanzi* intelligitur de iis, quæ ex redditibus ſuperſunt, decis. 66. lib. 9. n. 3.
Verba *declarat*, & *dicit*, ſunt diſpoſitiva, decis. 19. lib. 11. num. 15.
Verbum *derogamus* eſt præſentis temporis, atque de præſenti habilitat, & removet obſtaculum, decis. 10. lib. 4. n. 21.
Verba *e cosi* ſunt repetitiva, & illativa, decis. 67. lib. 10. nu. 6. & 7.
Verba *iiſdem modis*, & *formis*, important omnimodam æqualitatem, itaut idem ſit ſumendum judicium, decis. 66. lib. 10. num. 23.
Verbum *liberè*, omne gravamen, & onus excludit, decis. 40. lib. 8. num. 16.
Verbum *portio* non ſemper ſignificat medietatem, ſed ſumendum eſt juxta mentem teſtatoris, decis. 96. lib. 10. n. 7.
Eſt idefinitum, & ſumitur ſecundum ſubjectam materiam, dec. 3. lib. 11. n. 22.
Verbum *poſſit*, ubi affirmativè profertur, eſt facultativum, etiam in ultimis voluntatibus, decis. 46. lib. 10. n. 10.
Quandoque juxta ſubjectam materiam importat neceſſitatem, decis. 9. lib. 4. n. 34.
Verba *pro reſiduo* adaptantur debito præterito, & non futuro, decis. 34. lib. 5. n. 9. & decis. 38. n. 3. lib. eodem.
Et indicant, quod aliæ ſummæ debitæ jam fuerant antecedenter ſolutæ, decis. 53. lib. 6. n. 15.
Verbum *protrahere*, eſt idem, quod *prorogare*, quod ſignificat extenſionem, decis. 1. lib. 2. n. 13.
Verbum *provide* interpretatur pro certa ratione, & honeſta cauſa, decis. 2. lib. 2. n. 19.
Verbum *renovare* nihil aliud importat, quàm rem veterem reparare, decis. 1. lib. 2. n. 3.

Ver-



Verbum *ricada* eſt commune, & obliquum, decis. 86. lib. 10. numer. 1.
Verbum *robba* importat jus univerſale, non ſecus, ac ſi dictum eſſet hæreditas, decis. 49. lib. 10. n. 18.
Verbum *ſucceda* eſt verbum commune, decis, 82. lib. 10. numer. 12.
In aliquibus tamen reputatur directum, quando reſpicit perſonas, & non res, decis. 82. lib. 10. n. 11.
Verba *tunc*, & *eo caſu*, ſunt taxativa, & reſtringunt qualitates, & effectum ad caſum expreſſum, decis. 11. lib. 10. n. 20. & decis. 74. n. 9. & decis. 109. n. 11. lib. eodem.
Quando reſpiciunt diſpoſitionem indeterminatam, omne tempus, & caſu complectuntur, decis. 74. lib. 10. n. 11.
Non excludunt, quin diſpoſitio ex veriſimili teſtatoris mente ad caſum uniformem extendi poſſit, decis. 64. lib. 10. numer. 7.
Verba *ut infrà* omnimodam relationem habent ad ſubſequentem diſpoſitionem, itaut ſuperior formam, & modum ab illa accipiat, decis. 74. lib. 10. num. 7. & decis. 81. num. 81. lib. eodem.
Verbum *vult* eſt diſpoſitivum, decis. 19. lib. 11. n. 16.

## VIA.

Via non dicitur publica, etiamſi aliis inſerviat, quando eſt facta ſolo privato, decis. 3. lib. 14. n. 7.
Ædiles poſſunt concedere licentiam fabricandi etiam via publica, dummodò non agatur de via militari, & conſulari, & dummodò conceſſio fiat ad uſum, & commoditatem, non verò quoad proprietatem, decis. 3. lib. 14. n. 8. & 9.
Conſtitutio Innocentii XII. confirmatoria, & reformatoria facultatum tribunalis, & magiſtratus viarum, habetur lib. 15. fol. 411.

## VIA EXEQUUTIVA,

Via exequutiva non competit contra tertium, decis. 1. lib. 1. num. 1.
De competentia viæ executivæ non eſt dubitandum, quando ſignatura commiſit cauſam cum clauſula *ſi quid exequendum* decis. 4. lib. 1. n. 7. decis. 20. lib. 6. n. 12.
Via exequutiva non præſcribitur minori ſpatio quadraginta annorum, quando adeſt juramentum in contractu, decis. 25. lib. 6. num. 2.
Dos hos habet viam executivam etiam contra tertios poſſeſſores vigore Statuti Urbis, decis. 26. lib. 6. n. 1.
Præſcriptionem viæ executivæ impedit minor ætas, decis. 39. lib. 6. num. 2.
Quotieſcumque executio eſt cœpta, tunc non poteſt ampliùs præſcribi via executiva, ſed efficitur perpetua, decis. 40. lib. 6. num. 1.
Clauſula *ſi quid exequendum* communicat viam executivam, decis. 49. num. 3.
Intellige, quando via executiva competit, non autem quando non competit, decis. 49. lib. 9. n. 4.
Vulnerata via executiva, non remanet vulnerata via ordinaria, decis. 74. lib. 10. n. 17.
Præſcriptio viæ executivæ pari paſſu procedit cum cæteris præſcriptionibus, eadem exigit requiſita, & iiſdem modis interrumpitur, decis. 5. lib. 11. n. 10.
Quod via exequutiva præſcribatur ex ſolo lapſu temporis abſq; aliis requiſitis, decis. 6. lib. 11. n. 3.
Si cauſa fuit ordinariè incepta, & proſecuta, tunc via executiva remanet vulnerata, decis. 6. lib. 11. n. 4.
Ubi actor inſtruxit judicium executivum, tunc licèt judex per ſententiam pronunciet, via executiva non vulneratur, decis. 6. lib. 11. num. 13.
Judex ſecundæ inſtantiæ revocando mandatum in priori relaxatum tamquam nullum, & novum ex integro relaxando, non vulnerat viam executivam, decis. 6. lib. 11. n. 14.
Confeſſio debiti facta in teſtamento habet paratam executionem, & viam executivam, decis. 4. lib. 11. n. 2. & decis. 6. n. 5. & 6. lib. eodem.
Licèt via executiva ſit vulnerata per ſententiam, tamen non dicitur taliter interverſa, quò minus conſtito de juſtitia petitionis poſſit judex ſecundæ inſtantiæ vigore clauſulæ *quam*, & *quas*, tamquam in prima procedere, & mandatum ex integro relaxare, decis. 11. lib. 11. n. 9.

## VICARIUS.

Vicarius nequit abſque ſpeciali mandato beneficia conferre, decis. 15. lib. 12. n. 17.
Nequit abſque mandato ſententiam privationis proferre, decis. 20. lib. 14. num. 3.
Vicarius, qui ſimul ſit Canonicus, nequit intervenire, & votare in capitulo, quoties agitur de rebus concernentibus commodum, & intereſſe Epiſcopi, decis. 26. lib. 12. n. 1.



## UNIVERSITAS.

Univerſitas non remanet præjudicata facto particularium, dec. 19. lib. 14. n. 6.

## VOCATIO, ET VOCATUS.

Illi ſolùm cenſentur vocati, quibus onus impoſitum fuit, decis. 7. lib. 10. n. 6.
Sub generali vocatione non veniunt illi, quibus particulariter & ſeparatè fuit proviſum, decis. 14. lib. 10. n. 22. & decis. 29. lib. 11. num. 11.
Gravem de neceſſe præſupponit vocationem, decis. 59. lib. 10. num. 5.
Sed ſi vocatio ſit per vulgarem, gravamen unicè operatur, caſu quo vulgaris habeat locum, decis. 62. lib. 10. num. 17.
Qui pretendit ſe vocatum, debet vocationem ex verbis ſubſtitutionis probare, decis. 75. lib. 10. n. 15.
Expreſsè in uno caſu vocatus, non cenſetur vocatus in altero, in quo de eo nulla ſit mentio. decis. 75. lib. 10. n. 18.
Vocatus non dicitur ille, qui eſt poſitus in conditione, decis. 19. lib. 11. n. 20.

## VOLUNTAS.

In iis quæ pendent à voluntate partium, magis attenditur opinio, quàm veritas, decis. 2. lib. 1. n. 16.
Voluntas contrahentium præſumitur conformis diſpoſitioni juris, niſi de contrario appareat, decis. 12. lib. 4. n. 4.
Qui vult conſequens, intelligitur voluiſſe omne neceſſarium antecedens, decis. 35. lib. 5. n. 11.
Qui vult finem, vult etiam media ad finem conducentia, dec. 46. lib. 5. num. 32.
Ad arguendam voluntatem, non quod contigit, ſed quod contingeret poterat, inſpiciendum eſt, decis. 11. lib. 7. n. 8.
Voluntas expreſſa facit ceſſare tacitam, decis. 33. lib. 6. num. 4.
Voluntatis inſtantanea correctio non preſumitur, dec. 25. lib. 6. num. 12.
Et omnis ſumenda eſt interpretatio, ut illa evitetur, dec. 1. lib. 8. n. 4. 6. & decis. 75. lib. 10. n. 20.
Voluntas potiùs attenditur, quàm verba, decis. 15. lib. 9. n. 18. & decis. 79. lib. 10. n. 18.
Ad arguendam diverſam voluntatem teſtatoris multùm ſtringit conjectura deſumpta ex diſcretivo modo loquendi, decis. 18. lib. 9. n. 9. & decis. 7. lib. 10. nu. 11. & decis. 17. n. 17. & decis. 59. n. 24. lib. eodem.
Limita, ſi concurrat diverſitas ſubſtitutionum, & perſonarum, decis. 51. lib. 10. n. 13.
Voluntas teſtatoris de jure prеſumitur uniformis cum patrio ſtatuto, decis. 26. lib. 9. n. 12.
Attenditur ſtatutum patriæ, non loci, in quo fuit conditum teſtamentum, quando in hoc teſtator permanebat accidentaliter, nec contraxerat domicilium, imò poſt conditum teſtamentum reverſus eſt ad patriam, ibique codicillos fecit, ſe denominando de tali patria, decis. 36. lib. 9. n. 13. & ſeqq. & dec. 37. à nu. 4. lib. eodem.
Si autem qui diù à patria abſuit, in alio loco diù permanens, ubi bona emit, matrimonium contraxerit, lares fixit, obiit, & ſepultus eſt, tunc cenſetur ſe voluiſſe conformare cum ſtatuto loci, & non patriæ, decis. 61. lib. 9. à n. 2. & decis. 62. n. 6. & 7. lib. eodem, & decis. 71. lib. 10. n. 23.
Licèt ad effectum arguendi voluntatem conformem legi, & ſtatuto loci, in quo quis degebat, requirantur actus, qui contractum præcedant, vel illius tempus percutiant; tamen id non procedit; quando agitur de arguenda voluntate difformi à ſtatuto patrio, nam ad hunc effectum attenduntur etiam actus ſubſequuti, & maximè ſi agatur de teſtamento, dec. 61. lib. 9 n. 5. & 6. & decis. 62. n. 14. lib. eodem.
In teſtatore minori, & diſpoſitionis ſtatutariæ ignaro, non poteſt præſumi uniformitas voluntatis, ſi à patria abſit, decis. 61. n. 2. lib. 9. & decis. 62. n. 4. & 5. lib. eodem.
Rigoroſa domicilli probatio exigitur tunc, quando agitur de probanda uniformitate voluntatis ſtatuto loci, ſecus ſi de excludenda uniformitate cum ſtatuto patriæ, decis. 62. lib. 9. num. 13.
Si teſtator ſe referat ad diſpoſitionem juris, tunc ejus voluntas deſumenda eſt à jure ſtatutario, & municipali, non à